Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS

HVCHERI

BELLOVACI, CONSILIARII, MEDICIQVE Regij, & Medicorum Monſpelienſium Cancellarij de PROGNOSI Medica

LIBRI DVO.

Cum Indice copioſiſſimo rerum & verborum quæ in toto opere continentur.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI,

Apud Antonium de Harſy, ſub ſigno ſcuti Coloniæ.

M. DC. II.

Cum Priuilegio Regis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REVERENDO IN CHRISTO PATRI

Guittardo de Ratte, Epiſcopo Monſpelienſi, Comiti Mergorij & Montisferrandi, Marchioni Marguerofæ, Conſiliario in priuato Regis conſilio, & Vniuerſitatis Monſpelienſis conſeruatori ſalutem in domino Ioannes Hucherus.

TANTA eſt duarũ medicinæ partium, Prognoſticæ & Therapeuticæ ſocietas, mutuaq́ inter ſe connexio, ut huius fœlix laudatáque exercitatio aßiduis illius ſubſidijs carere nullo modo poßit

Conſtat illa quidem compluribus in eodē morbo qui paulò diuturnior ſit, remediorum differentiis: quas ſola temporum eius præcognitio, cognitióque diſtinguit & inſinuat.

Vt enim præuiſo, quod longius ſit, febris alicuius ſpatio, ſtatuq; diſtantiori, conſuetus nuper per ſanitatem victus minùs quam eodem contractiori breuiorique attenuandus eſt: vtq; ſingulis eiuſdem tēporibus victus idem ita mutandus eſt, vt initiis tenuis, incrementis tenuior, ſtatu tenuiſſimus, declinatione rurſus paulò vberior ægrotantibus decernendus eſt. Sic iiſdem temporibus ita mutanda therapia eſt, vt initiis noxiæ materiæ vacuationi per phlebotomiam lenémque purgationem, (minoratiuam vocant) incremento

ſtatu

ſtatúque coctioni: declinatione integra purgationi, ſiquidem aut nulla, aut imperfecta criſis inciderit, ſtudendum multò magis eſt. Eadem temporum acceſſionis cuiuſque diſtinctio remediorũ mutationi quàm plurimùm confert. Neque enim per acceſſionis incendium vires vacuatione vlla exhaurienda, aut nutritione opprimendæ ſunt (vtraque autem declinatione, aut paucis ante acceſſionem horis opportunior eſt) ſed alteratione idonea caloris febrilis intus, foriſque recreandæ.

Quinetiam ea ſæpe incidit febriũ prauitas, inuictaq́; pernicies, vt nulla remediorum vi, artíſque ope comprimi ſubigiq́; poſſit: quam niſi prudenter præſenſerit, maturéque & coram ægrotantium propinquis præ-

dixerit ſagax medicus, turpiſſimam ignorantiæ, aut necis etiam, & perfidiæ ſuſpicionem apud vulgus ſubiturus eſt. Poſtremò cum febrium omnium ſalutarium criſi vel coctione ſolutio conſtet: illa quidem in ſtatu, (niſi imperfecta ſit) vacuationis alterius ſpecie interpellanda non eſt: neque ſi perfecta in declinatione aliunde augenda. Sed illo quidē tempore naturæ motui ſapiēter parendum eſt: hoc quieti eiuſdē leniter indulgendum. Imperfectam autem vel prouocare præſentem, vel ſupplere præteritam neceſſe eſt: ſicuti. coctionē (deficiente criſi) vtroque tēpore adiuuare. Hanc autem coquendi vacuandíque opportunitatē quis (ignorato ſolutionis febriū diſcrimine, ſignorúmque criticorum incomperta

fide

ſide) tutò arripiat? Cùm ergo therapia, totaq́ ægrotantium diæta tẽporibus ægritudinum, & mutationibus accommodãda ſit: quarũ præſagiendarum rationem omnem pars artis prognoſticæ cõplexa eſt: quis dubitet ſine vna prognoſi, præſtãtiſsimas artis partes, tanquã nauem quãdam ſine clauo & remo temerè, nulliſque certis, & ægro ſalutaribus legibus vſurpatas iri? Multa quidem intus occurrũt à quibus artificioſiſsimum medici vaticinium eludi, falliq́ contingit. Vt hoc quoque ab Hippocrate ſapientiſsimè ſcriptum ſit: in febribus acutis non omnino certas eſſe prædictiones, ſæpè enim morbi magnitudo ab initio improuiſa motusq́ præceps naturam id intẽpeſtiuam pugnam criſínque laceſsit: ſæpè ex compoſitis

febribus cocta vnius materia alterius cruda inſperatum interitũ attulit: ſæpe maligni inſidioſa ſymptomatum lenitate, notiſque manifeſtæ coctionis blandientes circumuẽtum ægrũ opprimũt. Sæpè denique turgẽtis materiæ inopinata mutatio mortem nedum ſalutem accerſit. Multa etiam foris incidũt, à quibus proprias naturæ leges violari cõpertum eſt. Quæcunque ſcilicet corpus animúmque ægrotantis vehemẽtiſſimè cõcutiunt. Suntq́ illa authore Hipp. vel ægrorum, vel miniſtrorum, vel medicorum, aut fortunæ etiã propria delicta. Peccãt ægri quidem prætermiſſis medicorum præceptis: Medici remediorum genere, magnitudine, vſuq́ vel ignorato, vel neglecto: miniſtri domicilio vel frigido vel æſtuoſo

nimis

nimis, victu importuno, interpellato ſomno, ægróque iracũdius commoto. Caſus denique mœroris, anxietatis, metus, & iracũdiæ illata occaſione. Ab iſtis quidẽ omnibus internis, externiſq́; cauſis mos, magnitudo, motúſque morbi tã ſæpè variatur, vt ex paruis magni: ex tardis acuti, ex benignis maligni, & exitioſi euadant, criſiſq́; ipſa aut differatur, aut acceleretur, aut omninò cohibeatur. Iſtã autem iudicij leuitatẽ, & inconſtantiã prudẽs medicus facilè declinet, ſi præſagia ſua duabus potiſſimũ cautionibus muniat. Tum ne latentibus adhuc epigenomenis ſignis ea effutiat. Tum ne hanc clauſulam in illis prætermittat (dum nihil delinquatur.) turpe quidẽ vaticiniũ falſum, ſed minimè culpandum, rarũ. Diui-

num enim eſt potiùs, quàm humanum, quòd nunquam erret, & labatur conſilium. Neque enim diuina prorſus ſtatuẽda eſt prognoſis Medica, ſed valdè tantùm artificioſa, quæ ex cauſarum phyſicarũ præſentium (naturæ, morbíque) viribus inter ſe comparatis, futurum mutuæ eorum pugnæ exitum prudenter colligit. Itaque argumento febrium therapeutico, quod libris quatuor diuiſũ à nobis nuper in lucem emiſſum eſt, hanc quoq; de prognoſi Medica ex noſtris in Hippocratis prognoſticos libros cõmentarijs cõcinnatam artis particulam coniunctam eſſe ſub iiſdem typis curauimus: quo ſit vtriſque præceptis tum prognoſticis tum therapeuticis inſtructa febriũ therapia noſtra, & ad ægrorum ſalutẽ propenſior, & ad medicorum dignitatem illuſtrior.

Tibi autẽ (mi Guittarde præſulũ Narbonenſis Galliæ clariſsime Co:ři-phæe) perexiguũ hoc tum induſtriæ, tum perpetuæ meæ erga te obſeruãtiæ monimẽtum extare volui, vt intelligas mea ſtudia non ita abdita eſſe, vt ijs tantùm proſint qui nunc viuunt, nóſque quotidie audiunt, ſed eiuſmodi, vt illis etiã qui victuri ſunt profutura: tũ verò vt nomẽ tuum apud me ſemper egregium, ſanctumq́ fore præſagias. Cùm enim ſingulos honorum ordines quos in ſacro etiã Tholoſano ſenatu maturè geſsiſti: cùm eximium Epiſcopatus Monſpeliẽſis decus, quod prudentiſsimo deferente Rege, noſtriſq́ ciuibus nõ optantibus tantùm, ſed Deum etiam de te ſollicitãtibus cõſequutus es: cùm deniq́ inuictam illã animi tui conſtantiam

mihi

mihi propono: qua nuper ardentibus hominũ nimis certè in libera ciuitate iracundorũ odijs, telisq́ micantibus pectus tuũ pro ſalute tuorũ ciuium obijceres (diffugiẽtibus cæteris quibus periculi multo minùs aderat:) cùm (inquã) hæc omnia de te dies noctesq́ cogito, ita quidẽ cogitatione iſta cõmoueor, vt tãtum veræ virtutis tam tenui corpuſculo contineri poſſe vix mihi perſuadeã. Quare Deũ optimũ maximũ oro, mi cordatiſſime Præſul, vt iſta tã rara fœlicitate tua, tã inuicta fortitudine, tamq́ præclaro veræ pietatis & religionis antiquæ ſtudio te ipſum quàm diutiſſimè frui velit, hisq́ tam eximiæ charitatis, & beneuolentiæ perpetuis officijs erga populum tuum Monſpelienſem lætari & gaudere.

Digitized by Google

DOMINO HVCHERO DOCTORI MEDICO CLARISSIMO ET IN FLORENTISSIMA Monſpelienſi Academia profeſſore regio ac Cancellario meritiſſimo Richardus Laurentius Regis medicus.

APollineam quicunque vendicat ſibi
Artem, ac alumnum ſe profitetur Delium
Addictus atque iurat in verba illius
In gratioſorum numerum Phœbi ipſius
Debet referri, militiæ necnon ſacræ
Dare nomen ob theoriæ ſcientiam:
Cui ſi copularit praxeos periculum
Eámque fidus ſedulúſque exerceat,
Ægriſque ferat opem mortalibus libens,
Mentat iure ob omnibus coli
Præſcire vero Ianus vt alter clauiger
Cauſas tot ægritudinum, futuráque
Momenta, progreſſus, vt ortum ac exitum

Opus

Opus arduæ hoc molis, quod improbo tibi
Eſt expoſitum labore, Vir clariſſime
Prudentiáque ſingulari eſt obuium.
Sic, auſpice te, qui Cluſius fuerat Bifrons
Nunc ſit patulcius, proprium quod A-
pollinis,
(Vt ex tripodibus Delphicis patet) munus.
Sic comparabis nomen æternum ac decus,
Omnéſque medicos demerere ſic tibi.

AD

AD EVNDEM.

Hieremias Lanerius Lugd. Doct. Med. Monſp.

EGREGIA HVCHERVS *vati ſacer indole Phœbo,*
Ingenitas animi teſtificatur opes.
Vaticina manuum vultúſque peritus in arte,
Ingenij referens ora manúſque ſui,
Mentibus ac foliis (afflatus Apolline) mandat
Scripta Sibyllinis anteferenda libris.
Scilicet hi pereunt contemptus vindice flamma,
Illa ſub authoris nomine tuta vigent:
Et potiora manent docta Capitolia frontes,
Tam dignum cultu poſteritatis opus:
Quod neque Vulcani furor, imbres, tempora, Lethe,
Nec peior tinea Zoilus ore teret.

Idem ad eiuſdem anagramma.

EN HAERES VNVS COI, *qui fœnore magno,*
Dat Medicas manibus poſteritatis opes.
Inuideat ſeclis nihil iſta prioribus ætas,
Sphinx ruit Hippocrates, Oedipus alter adeſt.

Aliud.

EN HEROS HIC IANVS *adeſt prænuntius ægris,*
Quippe bifrons animo facta futura videt.

AD CLARISSIMVM VIRVM D. D. IOANNEM HVCHERVM, PROFESSOREM Medicum, Conſiliarium Regium, & Medicorum Monſpelienſium Cancellarium digniſſimum.

ET tua Cygneis contraria tempora fatis
Cygneos eadem ſunt imitata ſonos:
Nā ſenio confectus olor dū proxima ſētit
Funera, dulciſonum fundit ab ore melos:
Sic tu ſancte ſenex diuino concitus Oeſtro
Pandis Apollinei myſtica ſacra chori:
Venturum funus Cygnus ſibi præcinit ipſi,
Victurum ſemper te tua ſcripta canunt.

Ioannes Tardinus Medicus & Philoſophiæ Profeſſor.

**

IN PROGNOSTICA D. I. HVCHERI, VNIVERSITATIS MONSPELIENſis Cancellarij, nec non Conſiliarij & medici regij Epigramma.

VER aperit fructus, alit æſtas, excoquit illos
Autũnus, coctos vſibus inde legit.
Ver fuit Hippocrates medicinę: túq; Galene
Æſtas: Autumnus doctus Hucherus erit.
Ille obſcura tulit, ſcriptis hic dogmata multis
Auxit: at iſte ſuis luſtrat vtrumque ſimul.
Diſcutit errorũ tenebras, veráque medendi
Cõſtituit methodũ dignam vbicũq; legi.

Georgius Maillardus Albienſis Medicinæ Baccal.

IN

IN LIBRVM DE PRO-
GNOSI MEDICA D. I. HV-
CHERI VNIVERSITAT.
Monſpelienſis Cancellarij, nec
non Conſiliarij & Me-
dici regij.

Vncta Machaonij ſileant oracula fani,
Quæ fouet amplexu Gallica Terra ſuo.
Vnus in arte ſtatas Hucherus, reddere ſortes
Dignus, & in medico noſſe futura choro.

Aliud.

rita crediderat Medici præſagia Vulgus:
Hæc rata per Vatem fecit Apollo ſuum.

Gilbertus Columbinus Viuarienſis,
Medicinæ Baccalaureus, Diſcipulus eius obſeruantiſſimus.

IN PROGNOSTICA D. I. HVCHERI, VNIVERSITATIS MONSPELIENSIS CANcellarij, Conſiliarij & Medici Regij.

TAlia dũ ſcribis Prognoſtica, ſedule vates,
Nec non Iatrici, gloria prima, chori;
Signa quidem profers ſimul, & præſagia certa,
Victurum nomen perpetuò eſſe tuum.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὄρθιον ἀμβαίνων Ἑλικῶνά γε, δεινὰ πέπονθας:
Ἀλλ' ἱερῶν μουσῶν δῶρα μέγιστα φέρεις.
Σοῦ γὰρ Προγνώσεις, προγνωστικὰ πᾶσι γίνονται,
Ὅττι βιοῦν μέλλει σοὔνομα θεῖον, ἀεί.
Σπεύδετε γοῦν ταρφεῖς μυστήρια ταῦτα γινώσκειν
Οἵτινες ἰατρικῇ ἐστε χαριζόμενοι.

A. FLORIGNERIVS.

PRÆ-

PRÆFATIO IN DIVINATIONVM PHYSICARVM SPECIES, ALIQVOT Oratiunculis expoſita.

QVæcunque immēſo huius mundi ambitu, à natura excitata ſūt, corpora; duobus omnia generibus coërceatur. Vno ſimplici ; uatuor elementa; altero mixta, quæque ex mplicibus illis, non confuſis quidem aut >aceruatis, ſed mixtis inuicem conglutiantur.

Hoc rurſus mixtorum genus bipertitum t, vnum imperfectorum, & ex duobus veti elementis conflatum. Cuiuſmodi ſunt, n foſſilia, ex terreis aqueiſque partibus igore concretis: tum meteora ex halitibus d. rū vi, ab aqua terraque ſurſum euoca-: Alterum perfect rum quæ ex omnium mentorum cō reſſu, communíque omam in eandem corporis materiam, for-

mámque conſpiratione ſuſcitantur, triplici diſcrimine, plantarum, brutorum, hominũ: horum enim omnium ſemina (quorum facultate formatrice víque ætherea procreãtur) elementis propriè, veréque referenda ſunt. Sunt autem corporum quorumlibet aut conſueti, viſitati, ſuæque naturæ cõgruẽtes: aut ab eadem alieni, inſolentes, nouique effectus. Iam ex effectuum vtriuſque ſpeciei obſeruatione, diuinationum genera duo reperta ſunt; phyſiologicum, & theratoſcopicum. Illud in cauſarum phyſicarum inueſtigandas vires, conſenſus & repugnãtias penitùs incumbit: ex quibus omnium corporum naturas, motus, & effectiones phyſicus perſpiciat. Hoc occultos, inſuetos, & illegitimos eorundem effectus, per experiẽtiam multò magis quàm per phyſicam autem vllam perſcrutatur. Phyſiologicum artem genus hoc, obiectarum rerum differentiæ in varias diſtrahunt ſpecies. Ex quibus cum ſimioticem prognoſticam mihi priuatim expoliendam ſumpſiſſem: ab alijs etiam, ad Medicum ſpectantibus ſpeciebus, ſtylum meum cohibere nòn potui. Reliqua autem diuinationum genera libenter omiſi: tum pneumaticum (quod à Spiritu ſancto fundatur

datur (prophetiam in Eccleſia vocant) quod fit à corporum exponendis affectibus quibus ſolùm incumbimus omnino alienum: tum dæmoniacum, quod captioſum ſit, fallax, crudele, ſuperſtitioſum, tantúmque à dæmone effutitum. Proinde ſpecies eius omnes Theomantiam, Goetiam, Magiam, Necromantiam, Epodũ, Extiſpiciũ, Aruſpicinam, & Sortilegium, cane peius & angue, (vt ait ille) abhorremus, & execramur. Plebeium denique & populare, quod vulgaribus & imperitis aſſuetum eſt & familiare, ad meteorologicum referimus: qui neque rerum cauſis in natura accuratè animaduerſis: neque ſignorum cum rebus ſignificatis, explorato conſenſu: ſed ſola euẽtuum perſpecta frequentia, ſibi ipſi artem & regulas, confinxerunt, ex quibus multiplices rerum caſus, vt tempeſtatum, cœlique opportunas, vel importunas mutationes; frugum, fructuúmque prouentum; annonæ vilitatem vel caritatem; aëris ſalubritatem, vel inſalubritatem; pacem vel bellum, & externorum hoſtium impreſſiones, ſatis fœliciter prædicere ſæpè videntur, huiuſce generis ſunt hi verſus:

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni,

Si fuerint venti, prædicit prælia genti:
Si fuerint nebulæ, pereunt animalia quæque:
Si nix ſi pluuia, deſignat tempora rara.

Sic ex aeris conſtitutione in die Medardi, de tota meſſe proxima: Sic in Vrbani die de vindemia: ſic ex decem primorum martij dierum nebulis, totidem dies æſtatis futuros eſſe pluuios coniectant. Sic ex vermiculis in globulis gallarum, vbertatem frugum: ex araneis peſtem: ex muſcis, bella pronunciant. Quicquid autem huiuſce generis vulgarium diuinationum eſt, idipſum ex frequentibus, & conſentientibus inter ſe multorum annorum euentibus, natum eſt: quos cauſæ phyſicæ, & cœleſtes pepererunt. Sine quibus neque tam ſæpè, neque tam conſtanter reſpondere ſibi inuicem euentus illi poſſint. Cætera huiuſmodi quæ trans vires celebrata vulgo præſagia: illa quidem ſuperſtitioſa, dæmoniaca, penitúſque excludenda ſunt: qualis eſt de duodecim anni menſium temperie, ex ſtatu duodecim noctium, diem domini natalem antecedentiū.

Quartum & vltimum diuinationum genus eſt phyſicum, in quo cauſarum naturalium vires diligenter obſeruantur. Ex quibus rurſus de futuris earundem effectibus

delibe

deliberatur. Sicuti viciſſim ex effectibus earundem vires & facultates colliguntur. Eruuntur itaque prædictiones naturales, ſiue phyſicæ, ex cauſis, rerum ſigníſque. Hæc autẽ vel cauſæ ſunt, vel effectus, vel ex vtriſque defluẽs proprietas. Huius generis complures ſunt ſpecies, vt meteorologia, Aſtrologia, Phyſiognomonia, Cheiromantia, Teratoſcopia, & prognoſtica ſimioticæ Medicinæ pars.

Iam verò totius huiuſce prædictionum phyſicarum generis quàm ardua, quàm difficilis, quàm abſtruſa conſtitutio tota eſt? Cauſarum enim efficientium genus eſt varium admodum, & multiplex; quarum omnium vires & efficaciam ad eliciẽdum præſagium accuratiſſimè penſitari, examinari penitúſque explorari, à phyſico coniectore neceſſe eſt. An ipſæ ſint neceſſariæ, vt cœleſtes, & naturales: vel liberæ, vt dei, Dæmonis hominíſque voluntas. An propinquæ ſint, vel remotæ, & cauſarum cauſæ. An per ſe & propriæ ſint cauſæ, vel accidentariæ: Et ſi propriæ, an principes ſint, vel concauſæ euſdem operis ſociæ, & adiutrices. An vniuerſales, vel particulares; an diuiduæ vel indiuiduæ. An actu ſint vel facultate ſola: an

ſolæ ſint,vel plures eiuſdem operis ſociæ.

Ex hac autem cauſarum tam multiplici varietate:quàm non modo difficile, anxiū, & ſollicitum, ſed incertum etiam infidúmque vaticinium depromitur? Cùm enim effectrices cauſæ ſolæ non ſemper ſatis ſint; ſed aliarum ope,ad promẽdum opus ſuum, indigeant fit vt harum contrariis motibus, illarum vires aut frangantur omninò; aut ita interturbentur,ne inchoare,aut certè conſummare opus ſuum poſſint Hinc vniuerſales, particularium repugnantes ſignificationes elidunt,ſæpè prorſúſque delent. Sic enim multa hominum millia, quibus diſſimillima ſydera naſcentibus illuxerant, vna acie, eodémque fato occumbere: ſic plurimos febribus peſtilentibus perimi compertum eſt, quibus proba temperies & exquiſita conformatio, vitæ diuturnitatem portendere videbantur. Hinc remotarum cauſarum robur, propinquarum robore ſæpè diſcutitur.Sic in morbis acutis optimæ criſeos ſpeciem à fœlici Lunæ aſpectu obiectam,morbi vis naturáque infirmitas penitùs aliquando obliterat Contrà verò infauſtis,infenſiſque aſtris,ferocique debacchãte morbo vnius naturæ vigor ægrum periculo

culo ſubducit, priſtinæque incolumitati reſtituit.

Quinetiam cauſarum phyſicarum effectus non ſolùm vario earundem agendi modo, ſed materiæ quoque circa quam negotiantur mutabili conditione inſigniter mutantur. Hæc enim tam vagis, errantibus, variiſque alterationibus obiicitur, vt nullas omnino formas conſtanter retineat, ſed excuſſis leui momento prioribus, nouas ſubinde induat.

Neque enim in elemẽtari materia firmæ ſunt & ſtabiles quatuor primarum qualitatum mixtiones: ſed à cõtrariis agitatæ cauſis, citiſſimè diſſoluuntur recedentibus primis formis, móxque noua proportione, recentíque formæ idonea rurſus coeunt in eodem ſubiecto, conſpirántque, tum materiæ eiuſdem tam contumax, & inuictum aliquando robur eſt, vt vrgentes efficaciſſimas cauſas omnino peruincat. Hinc non omnes eiuſdem ciuitatis incolæ, lethalibus oppreſſi febribus, pereunt. Oportet enim agentiũ & patientium mutuam eſſe analogiam, certam materiæ ad patiendum præparationem.

Sæpè denique elementaris materiæ tanta

motuum

motuum eſt inſtabilitas & inconſtantia vt temerè & ſine ordine, quoquouerſum fluctuet. Hinc accidit vt cœlum modò ſerenum, & tranquillum, aduoluta aliunde nubes, repentè operiat, turbétque: cõtrà, quòd opacum & nebuloſum paulò ante fuerat, quàm primùm explendeſcat, & colluſtretur. Cùm igitur tot tantaſque & tam ſubitas mutationum vires, elementaris materia in ſe ſuſtineat, cúmque tam varia ſint efficientium cauſarum in agendo diſcrimina, quis ignoret quàm difficile, incertúmque ſit, ex his omnibus expreſſum, eductúmque vaticinium? Sed eſto tamen, nihil in materia vitij & repugnantiæ, nihil in cauſis efficientibus debilitatis & varietatis fingatur; an earum idcircò perfectum, certumque opus expectandum, & prædicendum eſt? minimè verò. Primùm enim Deus optimus maximus, totius naturæ dominus, vires, actiones, & effectus eiuſdem liberè adminiſtrat, impellit, vrget, tardat, interpellat aut omninò prohibet. Illo iubẽte, ſempiternus ſolis curſus (Ioſue hyerichunta oppugnante) tardatus & inhibitus eſt: illo iubente, terra (conualeſcente Ezechia) ſterilis fuit: ille iubente, Iſraëlitis ex Ægypto profugis, per medium

mare,

mare, pedeſtre iter patuit. Scilicet cauſarum effectus, qui promittuntur, vel impedit Deus; vel promiſſis, contrarios obiicit, vel promiſſos, aliter quàm opinentur homines, dirigit: veriſſimi enim ſunt verſus iſti.

Non Deus eſt numen parcarũ carcere clauſum,
Quale putabatur Stoicus eſſe Deus.
Ipſe poteſt ſolis currus inhibere volantes,
Ipſe velut ſcopulos flumina ſtare iubet.

Meritò igitur Ariſtotelis de caſu, & fortuna, tanquam effectricibus duabus cauſis ignotis, diſputationes, à piis viris exploduntur; cùm omnium ſpontaneorum caſuum ſolus Deus ſit author, eorúmque contingentiæ. Vnde ex cauſis phyſicis prædictionem valde ambiguã eſſe, neceſſe eſt. Deinde eandem euentuum contingentiam, cacodæmon nunì ſæpè molitur? Nónne cauſarum, & effectuum naturalium ſignificationes peruertit, dum fallaces phyſicis admiſcet præſtigias? Nónne agentium cauſarum ordinem turbare ſolet, dum multa naturæ imitatione ſimulat, quæ pauidis & anxiis hominum animis, pro veris obtrudit?

Tum verò eandem euentuum contingentiam

gentiam voluntatis humanæ libertas induct: hominum enim in poteſtate eſt velle, nolle; appetere, reſpuere; aſſentiri, diſſentire; eligere, reiicere; ſequi, declinare; proſequi, vel omittere prima conſilia, & deliberationes. Hominum quoque ius eſt, inſitas à prima origine ad virtutem propenſiones ſuas ſtudio & diligentia excitare fouereque incitamenta ad vitium, doctrina cultúque animi priuſquàm adoleſcant in nobis & confirmentur, refrænare. Hinc phyſiognomi de obſcœna Socratis libidine iudicium, ab Alcibiade meritò irriſum eſt, quòd obſcœnam iſtam naturæ procliuitatem, ſtudio, & induſtria Socratis penitus euulſam noſſet.

Poſtremò eandem euentuum contingentiam, diſſimillima vatum ingenia cauſas, ſignáque interpretantium, multipliciter augent. Quoſdam enim cernimus, natura ſola duce, multò plura, quàm alios, exquiſitiſſima arte, præſtantes viros, perueſtigare. Omninò igitur vati ex cauſis phyſicis, ſignisque futuris, neceſſaria eſt fœlicis naturæ, artiſque exquiſitæ, coniunctio; quæ cùm paucis contingat, pauca ideò vaticinia vera, quotidie audiuntur. Multarum ſanè opinionum

nionum portenta ex cauſis vel non veris, vel imbecillioribus, vel ex ineptis ratiocinationibus, arrepta quotidie produntur: quibus diuinatricis artis dignitas, fidéſque conuulſa, non leuiter apud vulgus labefactatur; tametſi ob hominum errores, lapſus, & hallucinationes artis, veritati, conſtantiq́ue naturæ ordini, nihil detrahendum ſit.

IOANNIS

HVCHERI,

BELLOVACI,

Conſiliarij, Medicique Regij, & Medicorum Monſpelienſium Cancellarij.

De cæleſtium corporum ſubſtantia & virtutibus.

CVM innumerabilem ſtellarum multitudinem innumeralibus quoque virtutibus abundare, & facultatibus oporteat; laudandi profectò maiorem in modum earum veri ſint & exquiſiti interpretes Aſtrologi. Sin vulgari opinione, ſenſuq; plures Aſtrologis ſyderum ſtellarúmque vires exploratæ non ſunt; næ illi quidem ob ambitioſam & temerariam ignotarum facultatum, & operum prædicationem vulgique deluſionem vehementer vituperandi.

Itaq; dubiæ obſcuræque quæſtionis huius, an Aſtrologicis ſingularum aëris mutationum, ca-

ſuúmque humanorum prædictionibus fidendum ſit, arduam difficultatem dum explico, primùm de ſtellarum ſubſtantia,deinde de cõmunibus propriiſque earundem viribus breuiter apud vos, rerum phyſicarum adoleſcentes peritiſſimos diſputabo.

Cœli ſtelliferi, firmamentum vocant,ſtellarúmque eandem prorſus eſſe ſubſtantiam multis ſanè, valdéque probabilibus coniecturis conſequimur. Primùm enim ſi diuerſa illa fingatur:plurimas cœli portiones aut penitus diſcindi, deterique;aut longiùs inuicẽ abſcedere & diſtrahi neceſſe ſit;vt loco aduenis ſtellis quaſi nouis colonis proprijs laribus cedant. At quis tam amens ſit, vt imprudentiam ſummo Deo, operúmque ſuorum odium tædiumque exprobret:vt ea aut mutare,aut euertere velit? Deinde ſi aſtra præcipiti & ſpontaneo impetu, quaſi volantia, orbes ſuos peragrare ſtatuantur, orbium ſanè eorumdem ſubſtantiam laxari,& remitti,viciſſimque denſari,& cogi ſtatuatur. Pororum autem propria eſt denſitas raritáſque affectio: quos cùm neque in cœlo eſſe vacuos; neque rurſus tenui quadam, ſupra cœleſtem materia plenos eſſe probabile ſit; cœli profectò ſubſtantiam denſiſſimam,& ſolidiſſimam,penitúſque indiuiduam, & impenetrabilem ſentiendum eſt. Cuius ſtellæ particulæ quædam ſint craſſiores, denſioréſque, indéque magis lucidæ,cum qua quaſi cum rota affixi claui continenter eodem ordine, ſpatio, ſituque verſentur. Quòd ſi cœlum ipſum animatum eſſe,aut animal etiam intellectu, ſenſúque,& aſſiduo motu præditum, phyſicis quibuſdam concedamus,

damus, (ne hominibus aut brutis etiam dignitate cedere videatur) motúmque intimæ eius formæ non intelligentijs quibuſdam referamus, (ne accidentalis, violentus, & nō diuturnus eſſe poſſit.) Sydera denique ipſa ſenſu, motúque ſpontaneo & luce ornata cum illis recipiamus: Illa quidem ab orbium ſuorum ſubſtantia in quibus (tanquam bruta in paſcuis, & piſces in mari verſentur) haud ita tamen vehementer diſcrepare ſentiendum eſt, cùm in ea tam commodè, & conſtanter diuerſari videantur. Atque hæc de ſubſtantia.

Iam verò de aſtrorum virtutibus plerique ita philoſophantur; vt omnes ab eorum motu & lumine in elementarem mundi plagam diffundi, inſtillaríque profiteantur: atque ab vtroque corpora elementaria omnia moueri, illuſtrari, & incaleſcere, calore ipſo quidem non igneo, & vrente, ſed fœcundo, vegetante & fouente; multiplices autem & ſæpe contrarias rerum alterationes à materiæ varietate per ſe, & ab aſtris tanquam communibus cauſis propagari.

Equidem de cœlo ſic ſentio: vt eo moto, moueantur omnia, eodemquè quieſcente, quieſcant, tanquam ipſum aut lapideum, aut æreum aut ligneum ſit: ipſum tamen rerum omnium motum non à ſolo motu eius per ſe, & proximè: ſed demiſſa potius motiua quadam facultate, (quæ à motu tamen ipſo plurimum interſit) ſingulares corporum omnium motus ciere arbitror. Cùm enim circulariter cœlum circūferatur; cur lapis per aërem, deorſum; fumus per eundem, ſurſum, recta via feratur? Quicquid enim mouet aliud; aut impellit id

ipſum: aut trahit; aut vehit; aut voluit: at quænam horum motuum ſpecies, præcipitanti lapidi iure aſcribatur? Vt igitur quieſcente corde, arteriæ quoque quieſcunt; non ob ipſius motum, ſed ob pulſificæ facultatis priuationem (eſt enim cordis & arteriarum diuerſa agitatio micatióque.) Sic cœlorum, ſtellarumque motrix quædam virtus eſt, quę corporibus elementaribus per motum infunditur, vt à motu ipſo proxima non moueantur. Multo minus cœleſte lumen illuminando, motum vllum corporibus; ſed virtutem potius motiuam, à motu & lumine diuerſam, afferre cogitandum eſt. Nam cùm Solis lumen motione non conſtet; neque quieſcentis, quam moti Solis minus illuſtre lumen ſit: rerum omnium certè motum ab illuſtratione oriri oporteat: primáque omnium motuum alterationem, non lationem affirmari. Quod quàm abſurdum, quàm indignum Philoſopho, quàm alienum à Phyſico iudicio axioma videatur.

Neque verò etiam à Solis, aliorúmque ſyderum lumine corporibus elementaribus calorem vllum per ſe inſtillari putandū eſt. Vt enim frigida, aquoſaque oculorum ſubſtantia, ſpiritu animali circunfuſa ſine calore lucet: ſic ſyderum fulgor ſplendidus nullius caloris per ſe eſt particeps, vt poſtea demonſtrabitur, tantúmque ob ſimilitudinē ſplendoris ignea vocitantur. Quendam autem elementari ſphæræ calorem communicari, ab aſſiduo cœlorúm motu falsò arbitrantur, quum idipſum nullo alio cum corpore ſolido confligat (ſicuti lignis, & lapidibus duris inter ſe confligentibus accidit, vt ignem accendant) neque mota corpora ardētiùs

quàm

quàm quieta,incendat. Quamobrem calfaciendi vim totam cœlum, ab igni cæteris elementis permixto, accidit, quem ob analogiam ad illuminatum aërem rapit. Ille tamen luminis ſolaris calor comes,acris,edaxque, & vrēs minùs quàm igneus noſter ſentitur; ob moderationem ſummam,à mitiſſimis quibuſdam cœleſtibus influentijs exceptā.

Omnia quidem elementa iſto ordine ſeiuncta ſint:vt tenuibus,craſſa ſubſternant;ideóque ſi quādo aliena regione confuſa ſint, terra diuortio mox facto mergitur,aërq; emergit;& aqua interfluit;ſolius ignis nulla certa ſedes, nullúſque à natura definitus locus eſt: (niſi fortaſſe materiæ motum aut luminis ſequatur.) Sed mundi tanquā anima quædam, partibus eius omnibus miſcetur, omnéſque perluſtrat, fouet,fœcundat,& quodammodo viuificat:Sunt enim naturalis rerum omnium ortus principia duo:ignis vt cauſa efficiens, humidúmque aqueum, & craſſum, vt materia,ſine quibus mare,terrámque & omne animantium genus ſterileſcere neceſſum ſit. Quid:an Hippocratis non eſt huiuſce ſententiæ veriſſima & clariſſima demonſtratio? Primùm ab experimento, quod ignis ſine alimento nuſquam conſiſtat. Hinc enim diſſipato fumo,cōſumpto oleo,ligníſque in cinerem verſis, flamma illico diſparet,& exoleſcit.Quo igitur pabulo,ab alijs elementis diſcluſus,foueatur?Deinde à motu naturali ignis ipſius;qui ſi in ſublimen locū contendat, ſecum quoque corpora quibuſcunque innexus ſit,celeriter per aërem rapiat. Sicuti ligna rara quamuis craſſa ex aquarum gurgitibus in ſuperficiem earundem ab incluſo aëre tolluntur;om-

ninóque prunæ ardentes, deſtituto foco, ocyſſimè in cœlum euolat. In neutram ergo partem ignis per ſeſe mouetur; ſed cum denſis lapillis, metallis & carbonibus deorſum deuoluitur, & cum exhalationibus ignitis ſurſum ſurrigitur. Poſtremò ex vſu ignis, qui ſeorſim à cæteris elementis nullus eſſe poſſit. Non enim calorem ad rerum naturaliũ ortum in mare, & terram præcipitat, cùm media aëris regio frigore multo magis acri, quàm infima rigeat.

Igneus quidem calor per ſe vrit, omniáque corpora, tanquam propria alimenta, depopulatur. Sed vbi Solis, aliorumque ſyderum fulgore perfuſus eſt, tum demum naturæ operum omnium & generationum dux, & author euadit. Nequaquam tamen cœli, Solíſque proprius habendus eſt: quæ vt corruptionis, ſic & corruptiuarum qualitatum, caloris & frigoris expertia eſſe oportet. Quis enim Logicus ſolarem vel cœleſtem calorem ab igneo ſpecie differre opinari aut poſſit, aut velit: cùm eidem corpori ſimul adhæreſcere (vt ſi quiſpiam foco aſſidens Sole à tergo verberetur) mutuóque implexu creſcere, & augeri; eodem denique frigore contrario explodi, extinguíque meminerit. Quòd ſi mediam aëris regionem per æſtatem rigere, infima interim terráque ipſa flagrante, contingat; illa quidem tam varia aëris mutatio non caloris ipſius, ſed calfaciendorum corporum varietati aſcribenda eſt, cùm ſolares radij denſitate terræ cohibiti reflectãtur, quos aëris tenuitas facillimè prętermittit: ad quam etiam illa eadem reflexio, ob diſtantiam, prouehi non poſſit. Itaque prohibita radiorum vibratione,

bratione, obiectis tectis, & nubibus obductis, ardentiſſimus aër promptiſſimè deferueſcit. Eſt autem radius lucida qualitas à lucido corpore emiſſa, id eſt, quod luminoſum & ſplendidum quoque ſit. Sic lux qualitas quoque eſt à lucido corpore emanans, obſcuráque illuſtrans, ſi modo à corpore ſolido radios reflectente definiatur. Proinde Luna quamuis multo propiùs quàm Sol nobis affulſerit, minùs tamen multo calet lucétque, quod luceat luce aliena, quam ad nos reflectit. Stellæ quoque, terra noſtra multo grandiores, etiam verticales, multo tamen minùs quàm Sol, calent, lucéntque ob diſtantiam; aliàs nulla nox vnquam terram obſcuraret.

Hactenus Aſtrologorum placita, de ſyderum, cœlorúmque motu & lumine ita diſcuſſimus; vt ſolam mouendi ſeſe, & illuminandi aërem terramque propriam facultatem illis largiamur. Calorem ex eorum motu nullum, ſed ex lumine totum excitari probamus: à quo ob moderationem ſummã naturales ortus omnes, in hac elementari ſphæra obeantur: lationes autem corporum ſublimarium ab eodem motu per accidens; & à facultatibus motricibus immiſſis commoueantur. Ex eodem cœli motu & lumine facultatum omnium origo, cœleſtis diffuſio nobis videtur; quæ alterationum omnium rebus naturalibus contingentium effectrices cauſæ ſint, aliarúmque, quę materiæ proximæ ſunt, excitatrices. Neque enim probabile eſt: vel minimam ſtellulam peculiari quadam facultate carere, quæ ad totius mundi commoditatem referatur. Cur enim tam certo numero, tam certis interual-

lis,tam certo denique ordine,orbi ſuo affixa ſunt: vt diuerſiſſimarum rerum quales ſunt coronæ, canis,buccinę, currus, aliáſque multas ſpecies exprimãt? Aut cur omnes tam cõſtãtes,quàm errantes,tã certa lege,ſtatíſque & ratis ſpatijs curſus ſuos conficiunt;vt nulla vnquam à præſcripta ſibi lege deſciuiſſe viſa ſit? An vt ipſis veluti lapillis vltro,citróque ſparſis, & diſſipatis, ornatum duntaxat, non virtute aliqua adiutum cœlum,voluiſſe Deum opinemur? Abſit,abſit tam veſana opinio. Si enim cõformandis exiguis animalibus vt formicis,nedum hominibus, tantam ſapientiam Deus adhibuit,vt omnia eorum naturis organa, tam accuratè accommodarit:vt vel minimarum particularum,magnitudini,figuræ, numero, locóque addi,vel demi nihil poſſit;an diuiniſſima & pulcherrima illa ſtellarum corpora neglexerit? Cur igitur eorum inter ſe diſtantiam tam recta proportione deſcripſit,niſi vt mutuas quaſi operas ſibi inuicem tradere, & virtutes elocare poſſint? Hæc enim veræ pulchritudinis vnica lex eſt; vt partium omnium adſit ad totius vſum idonea conſtitutio.Itaque ſi vnius,aut paucarum virium cauſa, tanta ſtellarum multitudo redundaret;neque earundem etiam effectus ob varios aſpectus ſuos,motus & interualla variarent: opus ſanè pulchrum non ſit cœlum;neque ſapientiſſimus eiuſdem opifex,iure habeatur. Æquiſſimũ igitur eſt diuerſiſſimis facultatibus, numeroſiſſimas ſtellas præſtare; in quibus mutationum omnium rei cuiuſque elementaris effectiuum principium, ſicuti in materia ipſa paſſiuum collocandum eſt.

Quamobrem cùm infinitas iſtas, & ſingulares cœleſtium corporum ſyderúmque facultates nulla vnquam ingenij acie, nulla mentis agitatione, nulla denique iudicij dexteritate quiſquam perſpicere, & conſequi poſſit; earum ſanè obſcuriſſimam ſciétiam, temerè Aſtrologos, falſóque ſibi arrogare, conſtat.

De Aſtrologia diuinatrice.

CVM aſtrologia diuinatrix ſeueriſſimis Pontificum decretis, Imperatorum, Regúmque edictis, & populorum Senatus conſultis, interdicta, & prohibita ſemper fuerit, doctiſſimorum virorum iudicijs deſpecta, ſanctiſſimis legiſlatorum vatumque legibus relegata: nunquam tamen Aſtrologorum nomen tam celebre, ipſáque Aſtrologica profeſſio tam laudata quàm hiſce têporibus noſtris fuit. Hoc verò, neſcio, an occulto quodam Dei conſilio (non enim infauſto reipublicæ Chriſtianę fato chriſtianè ſatis dixero) impiam gentem deſerentis: an Dæmonis impietatem omnem molientis aſtu, dolóque accidit. Præclarum enim ſummi Dei eſt, apud Ieremiam cap. 10. contra aſtrologicam diuinationem, præceptum; Iuxta vias gentium nolite diſcere (inquit) & à ſignis cœlì nolite metuere: quas timent gentes, leges populorum vanæ ſunt. Pręclara eiuſdem prohibitio Leuitici ca. 19. non Augurabimini: & Numeror. cap. 23. non eſt Augurium in Iacob, neque Diuinatio in

Iſraël. Præclarus denique eiuſdem eſt, apud Iſaiam cap. 47. contemptus. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum; ſtent, & ſaluent te augures tui: qui contemplabātur ſydera, & ſupputabant menſes. Exquibus locis omnibus diuinationem omni, nedum aſtrologicam, pijs & religioſis hominibus vetitam eſſe audimus.

Atenim multiplices aſtrorum vires, quibus inferior hic mundus temperetur, Aſtrologi verè quidem prædicant, eorúmque varias, pro ſitus, ordinis & aſpectu, ad ſeſe, quàm ad hanc elementarem mundi plagam, diſcrimine, mutatrices mixtorum omnium facultates ſapienter profitentur: proprias, autem, háſque vel illas ſingulorum virtutes, non niſi impudenter, & indoctè affirmant: ſuntque eorum, de ſingularibus rerum euentis, prorſus infida, vanáque, & fallacia præſagia.

Hanc autem Aſtrologiæ ferè totius inanitatem, ex ſingularum prædictionis aſtrologicæ ſpecierum ſedula obſeruatione, clariſſimè demonſtrare nobis licet. Cùm enim tota verſetur, tum in aëris futura temperie; tum in moribus cuiuſque, & operibus: tum denique in fortuitis cuiuſque caſibus præſagiendis: prima quidem præſagitionis ſpecies, de temporum conſtitutionibus, calidis, frigidis, humidis, ſiccíſque, pluuioſis, ſerenis, ventoſis, tranquillis; ſalubribus, inſalubribus, frugiferis, & ſterilibus; ad aſtra, tanquàm ad primas, & ſupremas cauſas verè pertinet: quorum propria eſt primarum qualitatum infuſio & influentia, omniúmque per illas corporum elementarium, & aëris ipſius mutatio: Tales ſunt Agricolarū, de frugum copia,

copia, & inopia; tales nautarum, de ſecunda, dubiáque nauigatione; talia denique Medicorum, de ſalubritate animantium, & inſalubritate, ex aëris alterationibus, inſtituta auguria. Quanquam illa priores duo ex meteorologicis potius, quàm æthereis ſignis captare ſolent. Sicuti Medici quoque ex paucorum ſyderum, Arcturi nempe, & Pleiadum ortu, & occaſu; Soliſque, & Lunæ per Zodiacum progreſſu, aſpectúque, pleraque ſua prognoſtica elaborant.

Neque tamen prima illa Aſtrologicæ præſenſionis ſpecies (etſi probabiliſſima videri poteſt) ambiguitatis, aut falſitatis crimine, vacare vſquequaque poteſt. Tum ob multiplicem cauſarum cœleſtium concurſum; occultámque earũdem, & ignotam naturam. Tum ob primi motoris immenſam, liberámque potentiam; à quo non primum mobile tantùm, communéque illud mouendi principium, (firmamentum) ſed reliqui perpetuo ordine, à ſupremis ad infimos vſque orbes, quò vult ipſe, non quò cœlum ruit, rapítque, deflectuntur. Sic mens aliò hominem, alióque natura ipſa traducit, verſat, & impellit. Thaletis itaque de oliuarum fœcunditate vaticinium, non ex Aſtrologia, ſed ex incipiẽtis anni conſtitutione perſpecta, depromptum, cõditúmque eſt. Iam quod ad inſitos hominum mores, ex natali cuiuſque hora prænoſcendos, quàm inſulſum eſt, abſurdum, & ridiculum aſtrologorum vaticinium! Aſtra ſane aëris: hìc viciſſim hominum temperiem moderatur; admitto effatum. An ex temperie hominum opera conſtanter affirmentur? An mulierem, quod calida ſit natura libidinoſam,

meretri

meretriculam, maritóque perfidam eſſe oporteat? An fugacem, & timidū, & furem etiam ſi vis ſeruum; qui frigidus, auidúſque ſit? an ſiccarium, & latronem qui calidus & iracundus ſit? O amentiā, & vecordiam Aſtrologorum, non animaduertentium mores ex natura, & educatione; opera ex arbitrio pendere: neque ſi ab aſtris arbitrium humanum cogatur, vincatúrque (ſublata hominum libertate) boni, vel mali; virtutis, vel vitij; pręmij, vel pœnæ, rationem omnem tolli.

Deinde, etiam hoc ipſum de moribus ex natali hora iudicium (Deus ſumme, imò aſtrorum, hominúmque Deus opt. maxime) quàm multæ, & repugnantes cauſæ peruertunt? Eſto enim. Mercurius, qui naſcenti infanti illuxit, furem eum genuerit; an ſolus, an conſpirantibus reliquis aſtris? Singulares autem tam diffidentium inter ſe ſtellarum vires, an vni Mercurio ſuffragentur? Sed ita ſit; aſtra omnia, totúmque cœlum cum Mercurio, in gignendo fure, eadem hora laborent. An principiorum ſeminis, & mēſtrui, parentum, auorum, atauorum temperies, ad mores rapaces quàm ſtellæ, cœlúmque ipſum minùs valitura eſt? Quæ ſi etiam aſtrologo probè perſpecta fingatur; an diæta quoque parentum vtriuſque, ante coitum, & prægnantis matris, eidem penitus explorata credatur? A diæta ſanè ſeminis temperies, morúmque indoles, multo vehementiùs, quàm à Mercurio, ſtellíſue mutatur. Perexigua igitur eſt, maximéque incerta, & obſcura morum cuiuſque ex natali ſua hora, coniectura. Quid quod hæc naſcendi; quàm concipiendi hora ad mores, & ingenia imbecillior multo eſt. Neque

verò

verò poſſunt ex naſcendi tempore, concipiendi momenta exquiſitè, & conſtanter perluſtrari: vt qui vna hora nati ſint, eadem concepti credantur: cùm ſeptimeſtres, nonimeſtres, & decimeſtres partus eadem hora quotidiè contingant.

Quamobrem ex naturalibus aſtrorum figuris, horíſque infantium natalibus, de eorundem moribus ariolari, aſtrologi verè, conſtantérque nequeāt.

Poſtrema eſt aſtrologicarum diuinationum, de fortuitis hominum caſibus, ſpecies. De qua tam magnificè gloriari, & arroganter exultare Aſtrologi ſolent: quaſi de vita cuiuſque breui, vel longa; beata, vel ærumnoſa; per fœlicium (vt vocant) & infœlicium horarū delectum, de quibuſuis negotijs, ſuſcipiendis, vel omittendis: de Principum incolumitate, & morte; de abditiſſimis quibuſque rebus: vt bello, & pace; fauſtóque eiuſdem vel infauſto exitu; de furto domeſtico, à quo factum ſit, quódque iter à fure inchoatum, reſpondere verè, certoque poſſint.

Vos vos appello æquiſſimi rerum phyſicarum iudices, iudicium veſtrum in huius temeritatis refutatione imploro; Quid aſtra ad fortuitos hominum caſus prænoſcendos, conferre putetis? Docuiſtis, quod fortuna ſit, ſine cauſa certa fieri; Qua ratione igitur eius in aſtris cauſam reconditam eſſe credamus? Fœdiſſima enim contradictio eſt: cauſam rei eiuſdem aliquam: & nullam omnino eſſe. Quæ fortuita igitur ſunt: vt theſauri, in fodiendo agro inuentio: vt prætereuntis à cadente latere mactatio: vt à latronibus ſpoliatio, cædéſq; vt à ruina aliqua fulmine, laqueo, ſubmerſione, incēdio præ-

cipitatione,

cipitatione, mors; vt vita locuples, ſplendida, inops vel ſordida; hæc ſanè in aſtris, aut in vniuerſa rerum natura ratam, ſtatámque cauſam habere nullam omnino poſſunt. Hanc igitur aſtrologicæ diuinationis rerum futurarum ſpeciem, qua ratione nō fallacem, non inanem, non inartificioſam eſſe arbitremur? Veſtrum eſt axioma (logici acutiſſimi) ſcientiam omnem, principijs per ſe notis, vel alibi demonſtratis, aut experimento comprobatis, aut diuino afflatu perceptis, conſtare. At quid horum trium aſtrologiæ iudiciariæ principijs tribuatis? Non enim ex propria natura, acuta aliqua demonſtratione explorata ſunt: Ergo vel experimentis, vel diuino afflatui eorum ſubſcribatis, minimè verò. Quid enim hominem logicum magis quàm abſurda hęc, & inerudita confeſſio dedecet? Rerum enim cognitio per experientiam quæſita, plurimis eorundem effectuum rei eiuſdem, atque accuratiſſimis confirmāda eſt obſeruationibus (paucos enim euentus ſibi caſus aliquis vendicare poteſt.) Suas autem aſtrologi obſeruationes vnde quæſo hauriant: tum toto magno anno (quem quadraginta nouem annorum ſolarium millibus abſolui ipſi tradunt) nunquam ad idem punctum & figuram cœlum totum conuertatur? Itaque Chaldæi olim callidiſſimi impoſtores, lōgioribus multo ſpatijs, vt centum ſeptuaginta annorum millibus, ſuas venditare Græcorum, & Romanorum vulgo ſolebant: quibus tamen ſingularum cœli ſphærarum perpaucas deſignare, vix potuerunt. Itaque recentiores aſtrologi noſtri, deficiente apud homines noſtros experimento um antiquorum fide, ad ſacra

numinum

numinum conſilia decurrunt,ſuadentque nobis(ſi dijs placet)Tobiæ quõdam à Raphaële Archangelo;Adamo Enoch, & Moyſi ab Angelo proditas id genus deliras diuinationes fuiſſe.Quibus igitur authoribus diuina iſta colloquia, & de aſtrologia iudiciaria inſtituta defendunt? aut quos huius afflatus teſtes citant?Quibus tandem Apoſtolis,Euangeliſtis,eorúmque diſcipulis,hanc vaniſſimam hęreſim tuentur? Non ſit igitur apud nos deinceps diuinatricis aſtrologiæ fides maior, quàm Aſtrologorum authoritas; quorum nomen vanitatis & impoſturæ crimine, clariſſimis piorum, & eruditorum omnium vocibus & ſententijs condemnatur.

Verùm enimuerò diſciplina iſta non inanis modò, ſed noxia etiam publicè priuatimque, atque adeo impia habenda eſt:Illa enim vitæ ſuauitatem, ſecuritatem,& hilaritatem omnem eripit;dum ancipites rerum caſus,veluti ad vnguem,enumerant: diráſque & exitioſas ſyderum minas oſtentant, quarum metu tam vehementer exanimantur creduli, ignauique homines, vt nullum deinceps ſpiritum placidè ducant:ſibíque,& liberis ſuis,& fortunis etiam omnibus impendentem perniciem noctes, diéſq; perhorreſcant. Hinc multorum melancholia, inſania,furor.Quid enim ſi de mulieris impudicitia ab Aſtrologis moniti metuant? nam miſera Zelotipia?ſi de hoſtibus,& inſidijs:nam aſſidua armorum geſtatio?ſi de ſubmerſione, & incendio: num aquarum & ignium perenni pauore ſollicitantur? Num denique metus ipſe: quæ falſò prædicta ab Aſtrologis fuerant:certa pericula facit?

A quibus

A quibus enim malis quiſque ſibi magis timet:eadem illi ſæpius certiúſque accidere ſolent. Quod ſi bona, & vtilia ab Aſtrologis aliquando promittantur:an non ea ſæpè noxia euaſiſſe notatum eſt? Complures enim ſplendidioris fortunæ, & dignitatis iniecta ab illis ſpe lactati,ea aggrediuntur facinora, quæ illis aut dedecus, aut exitium (vt illi qui imperij expectatione factus prædo in furca periiſſe viſus eſt) aut inopiam, & egeſtaté vt chymicis auri conflatoribus attulit qui fortunas ſuas omnes carbonibus,& cineribus ſepeliunt. Noxia igitur eſt non inanis tantùm patronis ſuis,& clientibus Aſtrologia. Quid;quòdeadé impietatis magiſtra eſt? cum enim aſtra omnia, boni alicuius gratia à ſummo Deo creata,fictáque ſint:vt ſcilicet animantium genus omne gignant,foueant,augeãt: neque ab illis quicquam malignum & peſtiferum defluat:illis tamen bella,peſtes,raptus, cædes,omniáque hominum ſcelera adſcribunt. Quinetiam certiſſimam illam de ſummi Dei ſingulari prouidentia, liberóque hominum arbitrio ſententiam omnino conuellunt tam multæ, ſtupendæque eorum prædictiones. Etſi enim rerum à ſe ipſis præuiſarum & prædictarum euentus, ad diuinum nutum paſſim referre videntur:tacitam tamen quandam de neceſſario fato opinionem in animis Idiotarum commouent: qua, neſcio, an vlla maior in Chriſtiana republica peſtis accendi poſſit.

Eſt igitur hominibus multò vtilius, tutiúſque vt piè, ſanctéque & quietè vitam ſuam inſtituant: quàm vlla diuinatione aſtrologica rerum futurarũ notitiam tam curioſè,tam anxiè, támque ſollicitè

perſcrut

perſcrutatur: Neque enim temerè tur aſſentiẽdum Aſtrologis eſt, aſtra in ſigna futurorum caſuum à Deo condita, ex 1. Geneſeos ca. contendentibus. Signa quidem ſunt, non caſuum futurorum, ſed temporum: vt ſit chronologium quoddam, totum cœlum, aſtra verò quomodo? Neque rurſus firmamentum opera manuum Dei futura (: vt illi doloſe interpretantur ex 19. pſalmo) ſed præſentia, aut prętetita annuntiat, vt pulchritudinem cœli, mundique eximiam & imperceptibilem. Neque denique ex cap. 5. lib. Iudicum, ſtellarum pro Iudæis, ſed Angelorum pro piis, contra impios Cananæos conflictus audiendus eſt. Quamobrem cùm aſtrologiam iudiciariam non modò inanem, ſed noxiam, & impiam eſſe veriſſimè demonſtratum à nobis ſit; eam quidem non modò à nobiliſſima artium Phyſicarum claſſe remouendam: ſed ex omni Chriſtiana repub. longè, latéque profligandam, fugandamque eſſe, iure quidem optimo veterúmque exemplo, à pijs omnibus principibus populiſque, ſtatuatur.

De Meteorologia.

METEOROLOGIA Phyſicę pars eſt quæ de meteoris diſſerit, corporibus ſcilicet, imperfectè mixtis, & ex vaporibus vel exhalationibus ſyderum calore, in aërem commotis, ibidemque aut frigore in aqueam ſubſtantiam, aut calore in igneam commutatis, conflatíſque. Eſt enim idonea Meteororum excitandorum materia ἀντιμίαστις duplex,

vna humida, Ατμὶς,(habitus vel vapor) Altera ſicca generis nomine Anathymiaſis,expiratio,exhalatio (proprio enim caret:)vtraque tamen eſt contrariæ vtriuſque qualitatis aliquantum particeps, calidæ frigidæque,humidæ & ſiccæ.

Ατμὶς,ex aqueis, & humidioribus: Anathymiaſis ex terreis, & ſiccioribus orbis partibus efflatur: Anathymiaſis autem vel ſpiritus eſt: dum expiratio vapore modicè imbuta eſt:aut fumus,dum eadē expiratio copioſiori vapore diluitur : aut fuligo, dum copioſior expiratio vapore rarò ſpargitur,aut nidor denique,dum expiratio eadem rarior eſt,vapor vberior.

Porrò Meteororum ſiccorum multiplices ſpecies, varia materiæ ſuæ, locique natalis,& cauſæ efficientis diſcrimina proferunt.Sunt enim exhalationum numeroſæ differentiæ, tum primarum qualitatum, vt caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatis, tum ſecundarum,raritatis,denſitatis, lentoris,friabilitatis,pinguedinis & ariditatis. Sunt etiam cauſæ efficiētis: Stellarum enim plurimi ſi in ipſo Cœlo conſpirent radij, aut breuiori miſceantur interuallo,validior tractus eſt,ſurſumque exhalationum impulſus,aliàs,inualidior ignauiórque eſt.Sunt denique ſitus,& collocationis earum differētiæ, prout vel coaceruatæ ſunt anathymiaſes, vel diſiectæ, continuæ & cohærentes, vel diuulſæ, craſſiores alibi denſioréſque,alibi rariores,& tenuiores.Sunt denique motus earum diuerſo tempore definiti, ſiue leuitate ſua:ſiue ſyderum raptu:ſiue ventorum impetu: ſiue aëris transfluxu ferantur. Itaque exhalationes ſiccæ pinguéſque Aſtrorum vi vel præcipiti

cipiti motu ſuo incenſæ in ignita faceſſunt corpora *ἰπεκαυμάτα*, & *φάσματα*, Illa in ſublimiori ſeu calidiori aëris regione ex inflammatis emicant exhalationibus. Cuiuſmodi ſunt, ſtellæ tranſcurrentes, faces, ſtipulæ, Capræ ſalientes, Trabes, Dolia, Cometæ. Hæc vtriſque ſunt communia tum vaporibus tum exhalationibus, *ἀνάκλαυσι* radiorum à ſtellis manantium, tinctis, & veluti diuulſis. Huius Phaſmatum generis ſunt Hiatus, & foueæ, ſiue voragines. Colorum denique qui ſtellarum corpora ambiunt, ſiue figurati, ſiue informes ſint, origo eſt ex permixtione ſtellarum luminis in exhalationibus, vaporibus, aut Nubibus obiectis.

Quòd ſi exhalationes calidæ, ſiccæque ob pinguedinis inopiam, igneum incendium effugiant: tum ventorum flatus parturiunt, origine, viribus, & tempore valdè diſcrepantes, vt ab ortu æquinoctiali ſiue verno Subſolanum: ab aduerſo cardine Zephyrum ſiue Fauonium, ab ortu æſtiuo Cæciam, à contrario Africum ab ortu hyberno Eurum, vel Vulturnum, cui ab occaſu æſtiuo Corus vel Caurus eſt oppoſitus: à Septentrione Boream vel Aquilonem, cui ab aduerſo Auſter vel Notus reflare ſolet.

At verò cùm exhalationes eædem calidæ ſiccæque inteſtinos terrarum Mæandros peruagantur, tum terræ concuſſio depreſſióque, hiatus, & immane Barathrum, molibus egeſtis, moxque occluſio aliquando ſuccedit: Comitantibus interim vel præcedentibus etiam concuſſionem hanc terrificis ſonorum mugitibus, pro exhalationis luctantis vagantiſque copia, formáque magis minúſue am-

pla, vel anguſta cuniculorum, & anfractuum, in quibus tumultuatur. exiliùs enim in anguſtis reſonat, in recuruis & obliquis raucescit: in duris fremit: in humidis vdiſque fluctuat.

Iam verò alterius Meteororum generis, quod humidorum eſt, complures numerantur à Phyſicis differentiæ, vt Nubes, Nebula, Caligo, Ros, Pruina, Pluuia, Guttę, Aqua, Nix, Grando. Hæc quoque multiplici materiæ ſuę, lociq́ue & effectricis cauſę diſcrimine inter ſe diſcrepant. Materia autem eſt ἀτμὶς halitus, ex quo coacto denſatóque Nubes exiſtit. Effectrix cauſa frigiditas acrior mitiórque mediæ, imæq; aëris regionis (vtraque enim Meteororum aqueorū omnium veluti penus eſt & próptuarium.) Infimi quidem aëris temperiem aduerſæ cauſæ ſubinde commutant: Mediæ autem moderatam tepidamq́ue ſalubritatem finitimus terræ cœliq́ue calor tueretur, niſi idem ob elementorum iſtorum diſtantiam langueret: neque admiſſorum vaporum fugacem caliditatem cōſtāter ſatis non foueret: à quibus alieno calore difflato, refrigerari viciſſim regionem mediam contingat. Atque hæc etiam frigiditas, cœli terręq́ue antiperiſtaſi ita valde inualeſcit, vt vapores ipſos magis minúſue refrigeratos cogat, denſet & compingat pro vario frigoris aduentitij gradu, variáque occurrentium vaporum natura. Ergo ex vaporibus humidioribus magiſque terreis opacæ denſæque nubes: quę comprimēte frigore imbres multos effundunt: Ex craſſioribus & grauioribus nec ſurſum eleuatis, ſed acriori frigore circa terram compactis Pruina in hyeme cumulatur: ſed ab iiſdem Vere & Æſtate,

mitiori

mitiorique frigore roridus liquor ſtillat. Contra ex calidioribus & ſiccioribus halitibus, raræ, tenueſque nubes in roridas ſoluuntur guttulas: ſicuti ex iiſdem tenuibus pinguibuſque floccorum inſtar diuulſæ nubes in niues à frigore vertuntur. Ex guttis quoq; dum decidunt, ab acerrimo per cœli terræque antiperiſtaſin frigore obſeſſis & conglaciatis Grandines: Nebulæ à vaporibus aqueorum locorum pluribus, quàm calore ſyderum aut diſcuti, aut attolli poſſit. Caligo denique è mixtis quidem vaporibus, ſed calidis tamen pluribus, frigidis paucioribus.

Sunt igitur Meteororum omnium genera duo, humidorum & ſiccorum: ſimplexque eſt ſingulorum & ſyncera ferè materia, Vapor, & Exhalatio. Cùm autem vtraque copioſiùs permixta eſt, vt arida & calida, frigidæ humidæque, tum ſtupenda illa aëris terriculamenta commouentur, vt Tonitrua, dum exhalatio è vaporis complexu ſeſe explicatura vagatur, luctatur, & ſolidiores nubis partes (quibus ſeu quadam obducta cruſta cohibetur) violentiùs inceſſit concutitque: tum enim veluti ex illata plaga fragor ille terrificis quoquouerſum perſtrepere auditur, quem coruſcatio ex incenſa exhalatione per agitationem præcedit. Quod ſi diſcuſſis nubium lateribus emicans flamma perrumpat, fulmina etiam exſiliunt, cum quibus lapis tonitrualis ex flagrantiſſimo cohibitæ inflammationis incendio illico compactus præceps deuoluitur.

Hæc præclariſſima Philoſophorum Phyſicorum de Meteoris ſententia in eruditiſſimo Lycæo ſemper viguit. Quorſum igitur tam accurata eiuſdem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

noſtra hæc repetitio? Nempe vt Diſcipulis noſtris conſtet, tum rerum omnium optimum aliquem eſſe finem, cuius gratia excitantur, tum verò meteororum etiam ad diuinandum certiſſimum eſſe vſum, cùm enim à communi natura temerè fruſtráque fieri nihil, præclariores Philoſophi ſemper ſenſerint, ne in excrementis quidem animalium, quæ commoditatibus eorundem non exiguis deſtinauit: quanto iuſtius de ſummo Deo ſentiẽdum idem eſt: à quo cùm optimus ſit, nihil niſi bonum: nihilque bonum niſi vtile præſtari poteſt? ſapientiſſimus enim, & potentiſſimus cùm ſit nulla vi aut neceſſitate cogi poteſt, vt aliquid cuius nullus vſus ſit, inuitus moliatur; Nimirum in rerum phyſicarum inueſtigatione, cauſis phyſicis innitendum prorſus non eſt, ſed elementaribus iſtis ſummi Dei voluntas, primáque cauſa, & omnium origo ſapienter piéque coniungenda eſt. Nubes quidem indéque Pluuias, Niues, Rores, Pruinas, Ventos, Terræ fœcunditatem frugúmque vbertatẽ temporibus ſuis incredibiliter augere, cauſæ phyſicæ admonent. Aliorum autem Meteororum quem vſum demonſtrant? quem grandinum; quem fulgurum? aut fulminum, aut denique Tonitruum? Agnoſcenda ſcilicet in iſtis omnibus præter cauſas phyſicas diuina Prouidentia, ab eáque humanas ita publicè priuatimque curari, fatendum eſt: vt impios horrendis illis aëris ſpectaculis perterritos ad veram pietatem reuocet, aut eoſdem trirenuum ſubmerſione, ædium tectorúmque ſubuerſione vel incendio, peſtem venenorum omnium morborúmque oppreſſione vindicet.

Iam

Iam verò Meteororum alia ſunt Symmanthica & ſignificatiua, alia Aſyma; hæc ſi moderata ſint, imminens nihil & ſequuturum præmonſtrant, nihílque omnino præter ſuas cauſas, aut terræ quam inferunt mutationem demonſtrant: Eiuſmodi ſunt Pluuiæ, Rores, Pruinæ, Niues, Venti, Tonitrua. Eadem cùm immoderata ſunt, alienóque præter ſuam naturam tempore, modo, ordine & viribus obueniunt; tum publicam populo cladem, vel ex peſte, vel ex bello, vel ex Annonæ caritate denuntiare ſemper credita ſunt. Huius generis ſunt vehementia fulmina & Tonitrua in hyeme, aquæ procelloſæ, turgentia flumina, ventorum effrenes & indomiti flatus, terræ tremores & Cometarum ardores, quos numquam ſine ingenti plebis formidine & communibus calamitatibus deflagraſſe certum eſt. (Annalium fidem temporúmque priſcorum teſtimonia breuitatis cauſa omittimus.)

Significatiua Meteora vel aëreæ conſtitutionis mutationem vt in Ventos, Pluuias, Serenitatem, Caliginem, Salubritatem, Inſalubritatem, Peſtilentiam, aliáſque tam primas quàm ſecundas qualitates portendunt; à quibus animantium incolumitas mirum in modum tentari, traducíque ſolet; vel populorum ærumnas, excidia vrbium, hominum exitia, exiliáque, & Rerumpublicarum perniciem prænunciant.

Sunt autem ſignificatiua meteora duplicia tum ſigna & cauſæ, tum ſigna tantùm mutationum ſignificatarum. Illius generis ſunt Venti, Halones & Meteora omnia ignea; huius colores Solis Lunæque lumen variantes.

Verumenimuerò Meteorologicum præſagium cùm ex cauſis effectus coniectantur, phyſicum eſt, fereque conſtans & verum. Nota eſt Ariſtotelis in problematibus diligentia in Ventorum enarrandis viribus:quę Medico accuratiſſimè explorādæ ſunt: tum communis valetudinis tuendæ, tum ægritudinis prohibendæ,curandæque gratia: Nota Hippocratis eadem de re pręcepta;notus denique de procelloſis vētis,impetuoſis imbribus,terræ motibus, aquarum exæſtuationibus, cometis, vulgi ſenſus: quòd peſtem animalibus, annonæ caritatem frugumque calamitatem deſignant, fœcunditatem enim terræ exhauriunt, aut alluuione ſemina extingunt,diſſipántue, aut flores & præcoces fructus decutiunt,aut ſegetes proſternunt,aut funeſtas putredines inuehunt. Cur autem eadem ſeditiones populorum, bella, inſidioſas vrbium inuaſiones, violentas direptiones,truculentas cædes, Rerúmque publicarum,Regnorum, Imperiorum, & Religionum miſeras euerſiones prænuncient,affirmari conſtanter nullo modò poſſit, cùm eorum omnium cauſæ,non tam phyſicæ,quàm Metaphyſicæ (vt Deus vel Dæmon) celebrentur.Sæpe tamen in nouis iſtis, inſuetis, & inuſitatis Meteororum ſpectaculis, conſentientibus vetuſtatis experimentis acquieuiſſe prudentiæ loco habitum eſt. Quæ autem ſigna ſunt,an in Phyſicis tantùm habenda ſint dubitari meritò poteſt,cùm ſignificationum cauſæ ſæpius abſint,informes tamen Nubium,Vaporum, luminum Stellarumque colores,iidemque figurati, vt Iridis & Areę coniunctas habent impreſſionum ſuarum cauſas, aëriſque conditionem renunciant,

an vapo

an vaporibus ſcilicet careat vel abundet,iiſque vel raris, tenuibus, diſperſis, leuibus, fumoſis, craſſis, denſis, confertis, humidis,vel mixtis. Sic nitidus Sol ex ortu ſuo ſerenum diem præmonſtrat, pallidus grandinem,Nubes rubentes ante eundem Solis ortum ventos, & copiam exhalationum ſiccarum: nigræ rubentibus intermixtæ pluuias, ſic circumfuſæ Lunæ area pura quæ ſenſim diſpareat ſerenitatem; eadem pluribus in locis ſi rubere & diſſilire videatur,niues nuntiat; Sic tertius aut quartus à Lunæ coitu dies ſequentium tempeſtatem prænotat:iis enim diebus exiguum admodum Lunæ lumen eſt? Quod ſi purum ſit,craſſis vaporibus aërẽ vacare;ſi rubicundum ſiccis,leuibúſque expirationibus eundem affluere;ſi fuſcum multis vaporibus in nubes denſatis; ſi pallidum denique imbrium, vaporuméque copiam deſignat. Sic ergo trium vel quatuor dierum à Lunæ congreſſu conſtitutio reliquorum tempeſtatem facilè prænunciat: neque enim quicquid vaporum primis illis diebus in aëre Lunæ obuium eſt,vel an pluuias cogi, vel in ventos,vel incendia diſſolui confeſtim poteſt; Sed diutiùs perſiſtens nouo vaporum commeatu Stellarũ vi ſenſim deducto alitur inſtauratúrque. Plurimos ergo ex Meteorologia rerum caſus Phyſicus proſpicit, multos tamen neque ſcrutatur, neque ex eadem intelligit;deſpicienda tamen illa Phyſicæ pars non eſt quòd occultas,& metaphyſicas cauſas non conſequatur,quas hominem latere Deus voluit,vt ſuſpectæ cladis metu territus veteres vitæ ſordes eluat.

De Phyſiognomia & Cheiromantia.

PERBEATAM vel diuinam potiùs homines vitam agitaſſent; ſi naturã ducem ſecuti ſemper fuiſſent: neque ſapientiſſimis eiuſdem pręceptis vnquàm repugnaſſent. Illi ſanè obſcuriſſimos rerum futurarum, tanquam præſentium, caſus omnes clariſſimè præuidiſſent; neque vſquã affirmandis negandiſue vllis rebus temerè errare, fallique contigiſſet. Nunc verò erepto diuinæ naturæ lumine, eiúſque igniculis propè omnibus culpa noſtra extinctis; pauciſſimarum rerum cauſas propiùs aſpicere, nedum longiùs proſpicere, earúmque euentus præſagire nullo modo poſſimus: niſi primi, diuiníque illius luminis ſcintillulam quãdam, in raris quibuſdam cordatiſſimorum hominum mentibus lucere etiamnùm Deus Opt. voluiſſet: qua artes quaſdam diuiniores, vel potiùs diuinationes excogitaſſent.

Huius generis artium complures ſpecies vulgi temeritate, vel impietate potiùs olim proditæ ſunt: ex quibus tres imprimis clariſſimorum virorum monimentis celebres ſunt; Prognoſis medica, Phyſiognomia, & Cheromantia. Quarum primam illam de febrium acutarum exitu, eiúſque modo, & tempore quanta poterimus induſtria deinceps elaborabimus: diſcuſſis primùm poſterioribus duabus; earúmque ſubiectis, finibus proprijs, & originibus

nibus diligenter animaduerſis.

Phyſiognomia igitur tacitas animorum vires, & occultas naturarum proprietates, impulſus, & propenſiones ex pathognomonicis ſignis demonſtrat. Hæc autem ex figura & conformatione partium & totius corporis habitu, inceſſu motúque, calore, mollitie, duritie, leuitate & aſperitate phyſiognomi captare; Indéque inſitos hominum mores, ſtudiáque ſpontanea, & naturalia coniectare artificioſè ſolent.

Porrò ſignorum iſtorum vires ſignificatiuas triplici argumentorum genere confirmant.

Primùm enim illi quidem partium figuras in brutis obſeruant; ex quarum ſimilitudine morum quoque ſimilitudinem ad homines ipſos transferunt: ſic qui paruos oculos, ſimiarum inſtar, ſortiti ſunt, formidoloſos: qui magnos & prominentes, vt boues & aſini, ſtupidos & vecordes decernunt.

Deinde exoticorum hominum, & alterius ſexus habitum, eiúſque affectus omnes vt colorem, mollitiem, duritiem, nuditatem, hirſutiem, mores denique intuentur; eóſque ad alios ſimiliter conſtitutos reuocant: vt qui veluti AEthiopes & AEgyptij, nigricant, pauidos; qui vt fœminæ candicant, molles & ignauos iudicent.

Poſtremò à grauibus animi ſymptomatis, perturbatorum hominum inceſſus, geſtus motúſque omnes, ad ſimiles vacuorum omníque perturbatione carentium referunt: Indéque mores eorum præſagiunt vt qui non iratus, oculis tamen toruis aſpicit, iracundum; qui immotis, & non nictantibus, impudentem; qui obliquè, ſubdolum, & irriſorem;

rem;qui ſine vlla graui anxiáque cogitatione rectè & demiſsè,vel triſtem,vel verecundum affirment.

Cæterùm cùm à corpore toto, eiúſque ſingulis partibus plurima ingeniorum, morumque inſitorum argumenta depromi poſſint:tùm à facie,& manibus clariſſima & conſtantiſſima. Illa enim ſenſibus omnibus circumſepta eſt,non modò externorum, ſed internorum quoque obiectorum omnium, & cogitationum veriſſimis nuntijs, in quibus oculorum certiſſimus eſt principatus: qui veluti feneſtræ quædam, latentes animi motus, & inclinationes foras exponũt.Manus quoque quàm multa, quàm certa denique phyſiognomonica ſigna exhibet? Vt enim vultus intellectiuas virtutes: ſic manus factiuas oſtentat, eamque homini tanquàm animantium ſapientiſſimo,artemque, antè omnes artes, id eſt rationem habenti,veluti organum organorum,& ad exercendas omnes artes aptiſſimum natura indidit.Itaque Iob cap. 36. ſignatas à Deo cuiuſque manus eſſe ait:vt ſinguli norint opera ſua,quarum intuitu ſolo:ſicuti faber aſpecta dolabra, & ſerra: agricola ligone, & falce, officij ſui meminerint.

Manum igitur bellè longam, multiſque lineis deſcriptam, & longis digitis diuiſam,naturali proportione inęqualibus,quique facilè adducantur,& abducantur, ſapientiam, & bonos mores præ ſe ferre,phyſiognomi ſtatuunt. Talem enim maximè hominem eſſe:quæ diuerſa eſt,belluinam, hirſutã, morum ferorum (vt vrſi)indicem eſſe; vngues incuruos,rapacitatis,inſtar accipitris:curtam & breuem, & ſine lineis, ſtuporis & fatuitatis: Contractam

ctam ſæpiùs permanentem timiditatis & auaritiæ; extenſam,audaciæ,& liberalitatis:pendulas & demiſſas aut vnā alteri incūbētē,deſidiæ:ſublimes & mobiles,anxietatis:elatas ad faciem,meditationis teſtem eſſe.Eſt igitur phyſiognomię finis optimus, ex manifeſtis corporum partiumq́ue indicijs, abditos animorum motus & inclinationes explorare.Subiectum corpus humanum ſuis partibus omnibus inſtructum;ex quarum figura,& habitu,omnibúſque accidentibus finem conſequatur.

Quid verò?an inter certas & phyſicas artes,phyſiognomia cenſenda eſt?non repugnat eruditorum authoritas,originis ratio,& prædictionum phyſiognomicarum quotidiana fides confirmat. Audiamus Hipp.cenſorem ſeueriſſimum liu.2.Epid.Quicunque(ait)ruffi ſunt,acuto naſo,& oculis paruis, mali:quicunque ruffi,ſimi, & oculis magnis,boni. Quicunque oculis non nictantibus,iracundi.

Legamus Ariſtotelis libellū de hac doctrina editum: quam multis etiam paſſim locis per libros de hiſtoria animal. ſparſit.

Iuriſconſultorum leges videamus:quibus cautum eſt,ſi duo homines alicuius criminis rei ſunt: qui deformior fuerit;is prior torqueatur.

Eccleſiaſticum denique conſulamus cap.13. vbi bonam faciem, boni viri veſtigium vocauit.

Iam verò phyſiognomiæ origo à naturalibus tracta cauſſis, veritatem eiuſdem, & conſtantiam haud obſcurè declarat. Sunt enim omni animantium generi conſentanea moribus ſuis inſtrumēta à natura tributa: Leoni,Apro,Tauro,ferociſſimis animalibus, vngues,cornua & prominentes dentes;

tes;Equo veloci, ſuperbo, pugnaci, longa crura, promiſſæ iubæ,& præſtantes vngulæ;lepori,& ceruo timidiſſimis curſus celeritas: ſic reliquorum animalium moribus congruo partium apparatu à natura conſultum eſt; quem Ariſtoteles libro de part. animal. fuſiſſimè enarrauit. Non enim talia animalia ſunt ob talia inſtrumenta; ſed potiùs talia inſtrumenta ob talia animalia. Nam neque Taurus ferox, quòd cornutus ſit; ſed quòd ferox, eſt cornutus: neque lepus quòd inermis, eſt timidus: ſed quod timidus, eſt inermis & velox. Non enim ſunt eædem omnium animalium animæ (quod Anaxagoras falſò putauit) ſed ſingulis iſtorum ſpeciebus propriæ obtigerunt, audaces, timidæ,gregales,ſolitariæ,quarum diuerſis moribus,& actionibus, diuerſa ab iiſdem accommodata ſunt organa, à quibus mores etiam ipſos roborari, mutari, & debilitari contingit. Vt enim homo(quòd audax ſit)enſem arripit;eóque arrepto audacia creſcit:ſic puſillus vitulus nondum protuberantibus cornibus,fronte tamen obuios inceſſit. Idem grandior cornibus reſectis natiuam ferociam deponit; ſic ceruus deciduis cornibus deliteſcit ignauus.

Parit igitur diuerſos animalium mores animarum cuiuſque generis diuerſitas: quos idoneorum organorum opportunitas confirmat;penuria debilitat,eneruatque. Neque verò iſtæ brutorum animæ antè ipſorum corpora ſeorſim vſquàm conſiſtere, vagarique cogitandum eſt: cùm ne ſint quidem tùm,omninoque è potentia materiæ corporeæ prodire illas oporteat, ſed in ipſis corporum principijs

cipijs ſemine & menſtruo brutorũ hominũq; deliteſcere: in quibus à temperie ipſa nihil differre pleriq; ſapiẽtũ opinãtur:quæ hos, vel illos mores,hęc vel illa inſtrumẽta vtriſq; affingat.Neque enim ob hãc partẽ procreatricem anima humana à corpore ſeparabilis, & æterna, ſed ob mentem, ſtatuitur. (hoc verò alia diſputatione noſtra luculentiùs explicabitur.)

Iam verò ſi temperies principiorum conformatrice corpórum facultate valeat, dubitandum ſanè non eſt,quin corporum partiumque conformatio, & figura occultos cuiuſque mores, propriamque indolẽ prę ſe ferat:ſitque(quod Sextus philoſophus dicere ſolebat)torũ corpus velut quędã animę imago,ſcilicet ſentientis,iraſcibilis,& concupiſcibilis.

Quare veram eſſe phyſiognomiam ſignorum primum argumentum ex figuris partium conſtat: quas qui in brutorum genere ſedulò obſeruauarint phyſiognomi:quáſque qui mores comitari ſoleant in iiſdem accuratè notarint.Illi certè de hominum moribus differere ex vultu,manibus totóque habitu veriſſimè poſſunt.

Alterius argumenti,quod ex aſpectabilibus cæteriſque totius habitus ſenſibilibus qualitatibus primis,& ſecundis:vt calore,odore, duritie, mollitie, hirſutie, nuditate, leuitate, aſperitate ducitur, dubia fides quî poſſit eſſe? Cùm enim iſtarum omnium in omnibus tam exoticis, quàm vernaculis animalibus, ſexibuſq; ex vna temperie origo fluat: quis ex earum ſimilitudine: in eadem præſertim animalium ſpecie; temperiei morúmque ſimilitudinem affirmare non audeat?

Poſtremo

Poſtremò cùm animalium omnium naturalia quædam ſint ſymptomata; à quibus non humores tantùm, ſpiritus, & viſcera, ſed externæ quoque partes quodammodo permouētur: hominum profectò otioſorum, nulláque de re cogitantium ſpontaneus geſtus, inceſſus, motúſque naturalibus ſuis paſſionibus ſimiles ſæpiſſimè incidunt. Vt iracundorum, etiamſi irâ careant, toruus aſpectus: mœſtorum cùm non mœreant, demiſſus, & abiectus: omninóque ex vultus & oculorum agitatione ſpōtanea hilaritatem, vel triſtitiam; manſuetudinem, vel ferociam; libidinem, vel pudicitiam; liberalitatem, vel auaritiam; cæteráſque ſentientis animæ, partiúmque eiuſdem iraſcibilis, & concupiſcibilis innatas virtutes & vitia præſentiſcere, phyſiognomis tutò licet.

Quamobrem cùm tria ſint phyſiognomonici iudicij, de tota hominum indole: tùm ex abditiſſimo naturæ ſinu expreſſa; tùm ex principijs per ſe notis demōſtrata; tùm ex crebris, certíſque experimentis confirmata argumenta: quis phyſiognomiam artem eſſe naturalem, verámque & conſtantem non ſtatuat?

Verum id quidem eſt, certiorem multò, & conſtantiorem in brutorum, quàm hominum genere phyſiognomiam eſſe: illius enim vnica vitæ dux morúmque magiſtra natura præeſt: in his educatio, diſciplina, religio, ſimulatio denique & diſſimulatio, totam naturæ vim peruertit & naturales cuiuſque impetus tàm validè refrænat: vt nulla hominum natiua ſtudia, & ſpontanea conſilia detegi poſſint.

Notus

Notus eſt Zoopyri (alioqui phyſiognomi præſtantiſſimi) error: qui Socratis habitu deluſus libidinoſum illum, & ſtupidum eſſe profeſſus eſt (magno Alcibiadis cachinno) à quo nullum eiuſmodi crimen in Socrate, familiari ſuo, notatum vnquam fuerat: nimirum naturæ ſuæ vitia, cordatiſſimus vir ſtudio, & vigilantia compreſſerat: natiuoſque ex naturalibus cauſſis lapſus, induſtriâ, & conſtanti voluntate reſecarat. Sed enim tamen caſibus eiuſmodi neque naturæ vim in fingendis partibus, moribúſque: neque phyſiognomiæ facultatem in iiſdē explorandis labefactari contingit: maximè verò ſi multorum in eodem homine cōcurrentium ſignorum phiſiognomicorum vires, ſtudioſè inter ſe cōferantur vt quæ inter ſe conſentiant, vel diſſentiāt: quæ idem, vel diuerſum portendant: quæ denique quibus ſignificando præpolleant, cedántve, accuratè perſpiciatur: vt ſi vel omnia, vel plurima, vel efficaciſſima, in eandem ſignificationem conſpirare videantur: nos illam vnam, repudiatis reliquis, amplectamur & comprobemus: ſin vitæ ratio quam quiſque anteà agitarit, quæ ſtudia coluerit, incomperta nobis ſint, iudicium ſuſpendamus, donec cōperta nobis ſint omnia: quæque ex illis naturæ mutatio acceſſerit. Ergo his legibus, finibus & præceptis circunſcripta phyſiognomia, eiúſq; diuinatio, non in fallacibus & præſtigioſis, ſed in veris, & artificioſis vaticinijs numeranda eſt.

Earundem linearum multas conſtituunt differentias : tùm magnitudinis , quòd aliæ amplæ vel anguſtæ:tum ſitus,quòd aliæ profundæ,aliæ ſuperficiariæ:tum coloris, quòd aliæ rubentes, aliæ pallentes vel liueſcentes : tùm origine,quòd aliæ corporibus connatæ ſint : aliæ abſolutis iiſdem ſupernatæ:tum denique durationis, quòd aliæ vigẽtibus niteãt,lãguẽtib⁹ flacceſcãt, moribũdis extabeſcãt.

Harum autem differentiarum omnium origo eſt è vario cutis nexu ; cum ſubiectis muſculis & tendinibus , in quarum partium interualla ſubſidens cutis , fiſſuras illas rimáſque conſtanter exprimit (illis enim arctiſſimè cohæreſcit.) Neque verò temerè rimas illas , contractis in vtero fœtuum manibus , indéque rugata earundem cute effictas eſſe putandum eſt. Hæ enim omnes adultis exoleſcerent,neque in totam vitam producerentur.Sed ſapienter à natura complures cuti inſeruntur : dum hæc muſculis eorúmque tendinibus obducitur, & arctiſſimè cohæreſcit. Quidni igitur manuum iſtæ lineæ corporum compagem denſáne ſit, & ſolida, an laxa,ſolutáque declaret:aut cur corporum temperiem actionúmq; robur,aut debilitatem , omninóque ad ſanitatem vel morbum procliuitatem, non portendat:cùm venarum , arteriarum, neruorúmque propagatis finibus perfundatur , à quibus viſcerum principũ facultates excipiat, referatque?

Itaque Ariſtoteles primo de hiſtor.animal. ſciſſuras manuum longioris , vel breuioris vitæ eſſe indices acutiſſimè dixiſſe videtur : illæ enim ad formationem ſpectant : hæcque rurſus ad temperiem:bonúſque vel malus habitus formatione &

temperie conſtat, quæ vitæ ſpatium definit.

Rationi ſuffragatur experientia. Obſeruatum enim ſæpenumero eſt à lineis anguſtis fiſſis & multipliciter aliarum inſertione diuulſis vitæ breuitatem: ſicuti ab integris iiſdem ampliſque diuturnitatem veriſſimè fuiſſe ſignificatam. Incumbit videlicet natura, in corporum perfectiſſimam formam, quam linearum integritas & amplitudo, multò magis, quàm anguſtia & exilitas inciſióque decet: quòd ſi fortè ex materiæ vel facultatis ipſius vitio formæ perfectionem, ſummúmque decus in minimis iſtis linearum veſtigijs, non aſſecuta ſit: multò minus in grandioribus partibus, totiſque corporibus aſſecuturam illam eſſe, credibile eſt.

Niſi verò à proprijs finibus, atque à veriſſimis ad vaniſſimas, & fallaciſſimas Aſtrologorū diuinationes tranſiliat: vt cum ſingulis manuum thorulis, ſingulos planetas improbi artifices alligant. Vnde Iouiales quoſdam, Saturnios alios, aut Mercuriales, aut Martios nuncupant: iiſque Planetarum ipſorū aut beneficentiam pollicentur, aut maleficentiam minitantur. Sic enim alios igni, alios incēdio, ſubmerſione, ruina, ſuſpendio, inſidijs, & pluribus alijs mortis generibus, perituros: alios orbos, vel paucorum, aut multorum liberorum parentes: alios vnius vel plurium mulierum maritos: alios locupletes, vel inopes, eruditos, vel ineruditos deceſſuros eſſe deierare audent impij & nugaces nebulones. Hæc prodigia ſunt Aſtrologicarum prædictionum falſiſſima, & à naturalibus artibus, ac demonſtratiuis phyſiognomia & chiromantia, vnà cum Aſtrologia diuinatrice, è ciuitatibus benè moratis longè,

latéque

latéque explodenda: cùm nullis in naturæ cauſſis conſtare,ſed tota è mendacijs impudentiſſimis cõflata videantur. Quæ enim ars coniugiorum, aut liberorum multitudinem,vel paucitatem,ex manu hominis cuiuſquam præſagiat, cùm eiuſmodi caſus omnes,mulierum diuerſa conſtitutio ſæpiſſimè conuertat? Quæ ars necis formulam, ignoto necatore,eiúſque odio & ferocia,præſenſerit? Quæ ars oppreſſionem cuiuſquam, improuiſo tegulæ, vel parietis caſu, non temerè coniiciat? Neque enim quiſquam tam amens vnquam fuit, qui idem aſtrũ opprimendo homini, & præcipitandæ tegulæ, vel parieti dominari, tam conſtanter putet: vt eodem momento tegulæ caſum, hominiſque vnius magis quàm reliquorum cædem moliatur. Quare phyſiognomonica & chætomantica de vita, moribus & ſtudijs hominum, vera fortaſsè, certáque ſint, at de fortuitis caſibus omnibus, eadem improbabiliſſima, fallaciſſima, maximéque impia & ſcelerata, ſunt habenda.

IOANNIS HVCHERI IN PROGNOSIN MEDICAM.

PRÆFATIO.

MEDICORVM *profeſſio, Hippocrate mortuo, in ſectas tres Methodicorum, Empiricorum, & Dogmaticorum diſtracta eſt: pręceptis vſúque artis inter ſe diſſidentiũ. Dogmatici enim omnium eruditiſſimi Hippocrate Duce in tres principes partes Medicinam diduxerũt, pro triplici corporis humani ſtatu (hoc enim vt generabile & corruptibile philoſopho, ſic vt alterabile & curabile Medico proponitur) ὑγιεινὴν vnam quæ ſalubrem tuetur: alteram θεραπευτικήν, quæ inſalubrem curat mutátque: & tertiam ſine nomine, quæ neutrum dirigit & emendat. Cæterum principes illæ partes in alias particulas ſingulæ diſcerpuntur: aliàs quidem ob varias cuiuſque ſtatuum differentias, vt ὑγιεινὴ in παιδοτροφικὴν, γηροκομικὴν, ἐυεκτικὴν; ſeu γυμναστικὴν: alias ob inſtrumento*

ſtrumentorum operi proprio adhibendorum diſcrimen: vt therapeutice in diætam, pharmaciam, & chirurgiã, aliàs ob actionum varietatem, vt tertia in prophylacticam & analepticam. Illa labentes in morbum reuocat: hæc ab eodem liberatos confirmat. Porrò tres alias artis partes exercitationis medicæ neceſſitas, rerúmque ab erudito laudatóque medico noſcendarum varietas inuexit: Phyſiologiam tum de ſimilarium corporis humani partium temperie, ſubſtantia, facultate, actione & vſu. Tum de organicarum conformatione, magnitudine, numero, figura & ſitu. Pathologiam de morborum generibus & differentiis eorúmque cauſis internis externiſque & effectis ſiue ſymptomatibus. Et Simioticã de ſignis ſtatus cuiuſlibet ſalubris, neutrius & inſalubris, tum præteriti, tum præſentis, tum etiam futuri. Iſtam igitur partium medicinæ diuiſionem conſtantiſſimè ſemper coluit; authore Hippocrate, eruditiſſima Dogmaticorum familia. At verò Methodici Laodicæo quodam Syro duce (qui Galeno æqualis fuit, ab eóque corruptæ artis nomine ſæpe vexatus) duas tantùm medicinæ partes celebrarunt, ὑγιεινὴν & θεραπευτικὴν hâncque ex tribus tantùm curatiuis indicationibus conſtituerunt: quas è totidem morborum generibus eduxerũt, relaxatione, aſtrictione, & mixta quadã affectus ſpecie, eáſque communitatum nominibus vocitarunt: quòd in omnium morborum ſpeciebus apud eos quidem verſarentur. Nullam verò aut cauſarum externarum internarúmque, aut partium laborantium rationem habuerunt, quarum notionem ad therapiam & idoneorum remediorum inuentionem nihil prorſus conferre putarunt. Non enim cauſas illas vtraſque, nec partes etiam ægras, ſed morbos tantùm partibus indu-

tes;Equo veloci, ſuperbo, pugnaci, longa crura, promiſſæ iubæ,& præſtantes vngulæ;lepori,& ceruo timidiſſimis curſus celeritas: ſic reliquorum animalium moribus congruo partium apparatu à natura conſultum eſt; quem Ariſtoteles libro de part. animal. fuſiſſimè enarrauit. Non enim talia animalia ſunt ob talia inſtrumenta; ſed potiùs talia inſtrumenta ob talia animalia. Nam neque Taurus ferox, quòd cornutus ſit; ſed quòd ferox, eſt cornutus: neque lepus quòd inermis, eſt timidus: ſed quod timidus, eſt inermis & velox. Non enim ſunt eædem omnium animalium animæ (quod Anaxagoras falſò putauit) ſed ſingulis iſtorum ſpeciebus propriæ obtigerunt, audaces, timidæ,gregales,ſolitariæ,quarum diuerſis moribus,& actionibus, diuerſa ab iiſdem accommodata ſunt organa, à quibus mores etiam ipſos roborari, mutari, & debilitari contingit. Vt enim homo(quòd audax ſit)enſem arripit;eóque arrepto audacia creſcit:ſic puſillus vitulus nondum protuberantibus cornibus,fronte tamen obuios inceſſit. Idem grandior cornibus reſectis natiuam ferociam deponit; ſic ceruus deciduis cornibus deliteſcit ignauus.

Parit igitur diuerſos animalium mores animarum cuiuſque generis diuerſitas: quos idoneorum organorum opportunitas confirmat;penuria debilitat,eneruatque. Neque verò iſtæ brutorum animæ antè ipſorum corpora ſeorſim vſquàm conſiſtere, vagarique cogitandum eſt: cùm ne ſint quidem tùm,omninoque è potentia materiæ corporeæ prodire illas oporteat, ſed in ipſis corporum principijs

cipijs ſemine & menſtruo brutorũ hominũq; deliteſcere: in quibus à temperie ipſa nihil differre pleriq; ſapiẽtũ opinãtur:quæ hos, vel illos mores,hęc vel illa inſtrumẽta vtriſq; affingat.Neque enim ob hãc partẽ procreatricem anima humana à corpore ſeparabilis, & æterna, ſed ob mentem, ſtatuitur. (hoc verò alia diſputatione noſtra luculentiùs explicabitur.)

Iam verò ſi temperies principiorum conformatrice corpòrum facultate valeat, dubitandum ſanè non eſt,quin corporum partiumq́ue conformatio, & figura occultos cuiuſque mores, propriamq́ue indolẽ prę ſe ferat:ſitque(quod Sextus philoſophus dicere ſolebat)totũ corpus velut quędã animę imago,ſcilicet ſentientis,iraſcibilis,& concupiſcibilis.

Quare verã eſſe phyſiognomiam ſignorum primum argumentum ex figuris partium conſtat: quas qui in brutorum genere ſedulò obſeruauarint phyſiognomi:quáſque qui mores comitari ſoleant in iiſdem accuratè notarint.Illi certè de hominum moribus diſſerere ex vultu,manibus totóque habitu veriſſimè poſſunt.

Alterius argumenti,quod ex aſpectabilibus cæteriſque totius habitus ſenſibilibus qualitatibus primis,& ſecundis:vt calore,odore, duritie, mollitie, hirſutie, nuditate, leuitate, aſperitate ducitur, dubia fides quî poſſit eſſe? Cùm enim iſtarum omnium in omnibus tam exoticis, quàm vernaculis animalibus, ſexibuſq; ex vna temperie origo fluat: quis ex earum ſimilitudine: in eadem præſertim animalium ſpecie; temperiei morúmque ſimilitudinem affirmare non audeat?

Poſtremo

Poſtremò cùm animalium omnium naturalia quædam ſint ſymptomata; à quibus non humores tantùm, ſpiritus, & viſcera, ſed externæ quoque partes quodammodo permouētur: hominum profectò otioſorum, nulláque de re cogitantium ſpontaneus geſtus, inceſſus, motúſque naturalibus ſuis paſſionibus ſimiles ſæpiſſimè incidunt. Vt iracundorum, etiamſi irâ careant, toruus aſpectus: mœſtorum cùm non mœreant, demiſſus, & abiectus: omninóque ex vultus & oculorum agitatione ſpōtanea hilaritatem, vel triſtitiam; manſuetudinem, vel ferociam; libidinem, vel pudicitiam; liberalitatem, vel auaritiam; cæteráſque ſentientis animæ, partiúmque eiuſdem iraſcibilis, & concupiſcibilis innatas virtutes & vitia præſentiſcere, phyſiognomis tutò licet.

Quamobrem cùm tria ſint phyſiognomonici iudicij, de tota hominum indole: tùm ex abditiſſimo naturæ ſinu expreſſa; tùm ex principijs per ſe notis demōſtrata; tùm ex crebris, certíſque experimentis confirmata argumenta: quis phyſiognomiam artem eſſe naturalem, verámque & conſtantem non ſtatuat?

Verum id quidem eſt, certiorem multò, & conſtantiorem in brutorum, quàm hominum genere phyſiognomiam eſſe: illius enim vnica vitæ dux morúmque magiſtra natura præeſt: in his educatio, diſciplina, religio, ſimulatio denique & diſſimulatio, totam naturæ vim peruertit & naturales cuiuſque impetus tàm validè refrænat: vt nulla hominum natiua ſtudia, & ſpontanea conſilia detegi poſſint.

Notus

Notus eſt Zoopyri (alioqui phyſiognomi præſtantiſſimi) error: qui Socratis habitu deluſus libidinoſum illum, & ſtupidum eſſe profeſſus eſt (magno Alcibiadis cachinno) a quo nullum eiuſmodi crimen in Socrate, familiari ſuo, notatum vnquam fuerat: nimirum naturæ ſuæ vitia, cordatiſſimus vir ſtudio, & vigilantia compreſſerat: natiuoſque ex naturalibus cauſſis lapſus, induſtriâ, & conſtanti voluntate reſecarat. Sed enim tamen caſibus eiuſmodi neque naturæ vim in fingendis partibus, moribúſque: neque phyſiognomiæ facultatem in iiſdẽ explorandis labefactari contingit: maximè verò ſi multorum in eodem homine cõcurrentium ſignorum phiſiognomicorum vires, ſtudioſè inter ſe cõferantur vt quæ inter ſe conſentiant, vel diſſentiãt: quæ idem, vel diuerſum portendant: quæ denique quibus ſignificando præpolleant, cedántve, accuratè perſpiciatur: vt ſi vel omnia, vel plurima, vel efficaciſſima, in eandem ſignificationem conſpirare videantur: nos illam vnam, repudiatis reliquis, amplectamur & comprobemus; ſin vitæ, ratio quam quiſque anteà agitarit, quæ ſtudia coluerit, incomperta nobis ſint iudicium ſuſpendamus, donec cõperta nobis ſint omnia: quæque ex illis naturæ mutatio acceſſerit. Ergo his legibus, finibus & præceptis circunſcripta phyſiognomia, eiuſq; diuinatio, non in fallacibus & præſtigioſis, ſed in veris, & artificioſis vaticinijs numeranda eſt.

Earundem linearum multas conſtituunt differentias : tùm magnitudinis ; quòd aliæ amplæ vel anguſtæ:tum ſitus,quòd aliæ profundæ,aliæ ſuperficiariæ:tum coloris, quòd aliæ rubentes, aliæ pallentes vel liueſcentes : tùm origine,quòd aliæ corporibus connatæ ſint : aliæ abſolutis iiſdem ſupernatæ:tum denique durationis, quòd aliæ vigẽtibus niteãt,lãguẽtib⁹ flacceſcãt, moribũdis extabeſcãt.

Harum autem differentiarum omnium origo eſt è vario cutis nexu, cum ſubiectis muſculis & tendinibus, in quarum partium interualla ſubſidens cutis, fiſſuras illas rimáſque conſtanter exprimit (illis enim arctiſſimè cohæreſcit.) Neque verò temerè rimas illas, contractis in vtero fœtuum manibus, indéque rugata earundem cute effictas eſſe putandum eſt. Hæ enim omnes adultis exoleſcerent,neque in totam vitam producerentur.Sed ſapienter à natura complures cuti inſeruntur : dum hæc muſculis eorúmque tendinibus obducitur, & arctiſſimè cohæreſcit. Quidni igitur manuum iſtæ lineæ corporum compagem denſáne ſit, & ſolida, an laxa,ſolutáque declaret:aut cur corporum temperiem actionúmq; robur,aut debilitatem, omninóque ad ſanitatem vel morbum procliuitatem, non portendat:cùm venarum, arteriarum, neruorúmque propagatis finibus perfundatur, à quibus viſcerum principũ facultates excipiat, referatque?

Itaque Ariſtoteles primo de hiſtor.animal. ſciſſuras manuum longioris, vel breuioris vitæ eſſe indices acutiſſimè dixiſſe videtur : illæ enim ad formationem ſpectant : hæcque rurſus ad temperiem:bonúſque vel malus habitus formatione &

temperie conſtat,quæ vitæ ſpatium definit.

Rationi ſuffragatur experientia. Obſeruatum enim ſępenumero eſt à lineis anguſtis fiſſis & multipliciter aliarum inſertione diuulſis vitæ breuitatem:ſicuti ab integris iiſdem ampliſque diuturnitatem veriſſimè fuiſſe ſignificatam.Incumbit videlicet natura,in corporum perfectiſſimam formam, quam linearum integritas & amplitudo, multò magis, quàm anguſtia & exilitas inciſióque decet: quòd ſi fortè ex materiæ vel facultatis ipſius vitio formæ perfectionem, ſummúmque decus in minimis iſtis linearum veſtigijs, non aſſecuta ſit:multò minus in grandioribus partibus, totiſque corporibus aſſecuturam illam eſſe,credibile eſt.

Niſi verò à proprijs finibus, atque à veriſſimis ad vaniſſimas,& fallaciſſimas Aſtrologorũ diuinationes tranſiliat:vt cum ſingulis manuum thorulis, ſingulos planetas improbi artifices alligant.Vnde Iouiales quoſdam,Saturnios alios,aut Mercuriales, aut Martios nuncupant; iiſque Planetarum ipſorũ aut beneficentiam pollicentur, aut maleficentiam minitantur. Sic enim alios igni,alios incẽdio,ſubmerſione,ruina,ſuſpendio,inſidijs,& pluribus alijs mortis generibus,perituros:alios orbos,vel paucorum,aut multorum liberorum parentes:alios vnius vel plurium mulierum maritos:alios locupletes,vel inopes, eruditos, vel ineruditos deceſſuros eſſe deierare audent impij & nugaces nebulones. Hæc prodigia ſunt Aſtrologicarum prædictionum falſiſſima, & à naturalibus artibus,ac demonſtratiuis phyſiognomia & chiromantia, vnà cum Aſtrologia diuinatrice, è ciuitatibus benè moratis longè, latéque

latéque explodenda: cùm nullis in naturæ cauſſis conſtare, ſed tota è mendacijs impudentiſſimis cõflata videantur. Quæ enim ars coniugiorum, aut liberorum multitudinem, vel paucitatem, ex manu hominis cuiuſquam præſagiat, cùm eiuſmodi caſus omnes, mulierum diuerſa conſtitutio ſæpiſſimè conuertat? Quæ ars necis formulam, ignoto necatore, eiúſque odio & ferocia, præſenſerit? Quæ ars oppreſſionem cuiuſquam, improuiſo tegulæ, vel parietis caſu, non temerè coniiciat? Neque enim quiſquam tam amens vnquam fuit, qui idem aſtrũ opprimendo homini, & præcipitandæ tegulæ, vel parieti dominari, tam conſtanter putet: vt eodem momento tegulæ caſum, hominiſque vnius magis quàm reliquorum cædem moliatur. Quare phyſiognomonica & chiromantica de vita, moribus & ſtudijs hominum, vera fortaſsè, certáque ſint, at de fortuitis caſibus omnibus, eadem improbabiliſſima, fallaciſſima, maximéque impia & ſcelerata, ſunt habenda.

ſtrumentorum operi proprio adhibendorum diſcrimen: vt therapeutice in diætam, pharmaciam, & chirurgiã, aliàs ob actionum varietatem, vt tertia in prophylacticam & analepticam. Illa labentes in morbum reuocat: hæc ab eodem liberatos confirmat. Porrò tres alias artis partes exercitationis medicæ neceſſitas, rerúmque ab erudito laudatóque medico noſcendarum varietas inuexit: Phyſiologiam tum de ſimilarium corporis humani partium temperie, ſubſtantia, facultate, actione & vſu. Tum de organicarum conformatione, magnitudine, numero, figura & ſitu. Pathologiam de morborum generibus & differentiis eorúmque cauſis internis externíſque & effectis ſiue ſymptomatibus. Et Simioticã de ſignis ſtatus cuiuſlibet ſalubris, neutrius & inſalubris, tum præteriti, tum præſentis, tum etiam futuri. Iſtam igitur partium medicinæ diuiſionem conſtantiſſimè ſemper coluit; authore Hippocrate, erudititiſſima Dogmaticorum familia. At verò Methodici Laodicæo *quodam Syro duce (qui Galeno æqualis fuit, ab eóque corruptæ artis nomine ſæpe vexatus) duas tantùm medicinæ partes celebrarunt, ὑγιεινὴν & θεραπευτικὴν hàncque ex tribus tantùm curatiuis indicationibus conſtituerunt: quas è totidem morborum generibus eduxerũt, relaxatione, aſtrictione, & mixta quadã affectus ſpecie, eáſque communitatum nominibus vocitarunt: quòd in omnium morborum ſpeciebus apud eos quidem verſarentur. Nullam verò aut cauſarum externarum internarúmque, aut partium laborantium rationem habuerunt, quarum notionem ad therapiam & idoneorum remediorum inuentionem nihil prorſus conferre putarunt. Non enim cauſas illas vtraſque, nec partes etiam ægras, ſed morbos tantùm partibus indu-*

eſſent occultarũ, ἀναλογισμοὺς vocabant: ſuas verò Empirici rerum euidentium ἐπιλογισμοὺς. Vtrique denique Methodici & Empirici cum reliquis artis partibus Prognoſticam quoque repudiarunt tanquam præſtigiatorum & vaticinantium propriam. Hanc verò Dogmatici tam ſtudioſè amplexi sũt, quaſi ſine illa neque ægrorum curationi, neque Medicorum dignitati decorique ſatis tutò cautum eſſe poſſet: idq́ ex Præceptoris ſententia in proœmium prognoſticum. Sed enim quorumdam Philoſophiæ procerum contra eandem teſtimonia citari ſolent, tum Ariſtotelis, qui libro de memoria & reminiſcentia de prognoſi vllàne ſit dubitaſſe viſus eſt: eámque ſperandi potiùs quàm præſagiendi ſcientiam vocaſſe. Quaſi futuros rerum euentus ſperare non præſagire humanæ ſit facultatis. Tum Ciceronis, qui libris tribus diuinatricẽ vim omnem de hominum mentibus ſuſtulit. Quinetiam eidem accuſationi probabilium rationum permulta ſubſidia conferunt. Quòd cùm prognoſis Aſtrologiæ propria ſit, eiuſdem Medicina ars nempe diuerſiſſima, non poſſit eſſe particeps. Quòd medici ſolo ſenſuum iudicio rerum notitiam proſequantur, quorum nullus ab ijs quæ ventura ſunt pulſari & permoueri poteſt. Quòd denique ſi prognoſis certa veráque & ſcientifica fingatur, non ars illa quidem ſed ſcientia vera ſit. Sin incerta, fallax, & coniecturalis tantùm ab arte excludenda. At verò præſagiendi ratio omnino duplex eſt. Vna à ratione omníque artificio vacua, quòd cauſarum, & effectuum mutua conſequutione non nitatur: qualis fuit prophetarum olim (diuino aſpirante numine) veriſſima: qualis etiam oraculorum Apollinis Pythij, & Trophonij falſiſſima, & quæ dæmonum dolis efficta ſæpiſſimè & adumbrata

auditur. Hanc Cicero penitus ſuſtulit, Ariſtoteles im=probauit, Plutarchus ſuo tempore id eſt à Chriſto nato exoleuiſſe ſcribit. Qualis quoque eſt Aſtrologica de rerũ humanarũ omniũ euẽtu vaticinatio. Altera artificioſa eſt cauſarum & effectuum mutua relatione conſtans. Cauſarum quidem ad cauſas & ad effectus, & effectuum ad cauſas vel ad alios effectus. Eſtq; hæc vt plurimum vera atq; Aſtrologorum & Medicorum communis: Illorum quidem, de tempeſtatum anni alternante viciſſitudine, ſalubríque aëris vel inſalubri conſtitutione: de frugum fœcunditate vel ſterilitate, idque ex perſpecta ſyderum conuerſione, coitu, aſpectu, peragratione: quorum lumine motúque vario elementarem infimi mundi plagam verſari multipliciter contingit. Horum, de morborum quorumlibet endemiorum & epidemiorum origine, ſpatio, exitúſque ſpecie, ex intellectis ſedulóque inuicem comparatis exitus cauſis. Sunt autem illæ cauſæ omnino duæ, morbus & natura aduerſis viribus inter ſe confligentes, ad quas dum prudens Medicus animum gnauiter aduertit, illas quidem non cognoſcit tantùm, ſed futurum quoque ex eo conflictu valetudinis euentum longè antè proſpicere poteſt, vt iſta Medici cognitio & præſcientia haberi poſſit. Hinc obiectionum leuitas perſpicua eſt: non enim de iiſdem rebus Aſtrologorum & Medicorum inſtituũtur præſagia. Neque futuros morborum caſus ſolo ſenſu, ſed ratione etiam conſectant Medici. Eſt enim rerum quarumlibet notio aut à ſenſu aut ab intellectu orta. Illa eſt tantùm rerum præſentium à quibus ſenſus commouentur, éſtque vſquequaque certa, conſtans, & ſolida: ſi quidem incorupti ipſi ſint, nec aliunde præpediti. Hæc eſt præteritarum & futurarum, quas mens ipſa

ratione

ratione ſigniſque comprehendit. Quarum omnium in ſtatu inſalubri ex cauſis duabus futuri exitus præſentibus origo eſt natura & morbo, quorum viribus inuicem comparatis facilè Medicus quis finis expectandus ſit earum conflictu præſentit, vincente nempe natura ſanitas reſtituitur, at morbo ſuperante mors ineuitabilis concinnatur, vtroque pariter valente morbus in eodem ſtatu perſeuerat, non vincens neque victus, vt ſcabies tuſſiſque in ſenibus. Exitus quoque differentiæ de quibus poſtea, ex earundem cauſarum duarum natura morbique differentijs depromuntur.

Cæterum conie cturalem tamen prognoſin eſſe medicam, penitúſque fallacem quidam etiam diſputare audent. Conſtare enim illam naturæ morbique virium exquiſita cognitione, & accurata comparatione, quaſi valde pares ſint arduum & difficile relinquere iudicium vtrius futura ſit victoria: ſin earundem diſparitas tanta vt ſenſibus explorari percipique poſſit: Ne ſiquidem conſtans, verúmque vſquequaque iudicium futurum eſſe, quòd ſæpè illud aliunde perturbari contingat. Vt ab humorum acrium tenuiúmque præcipitii & inopinata per morbos acutos iactatione vel ab ægrorum miniſtrorum, & medicorum ipſorum aliquo errore & fortuna etiam temeritate. Ignaros enim medicos dum affectus ſpeciem, magnitudinem, morem non animaduertunt, aut neceſſaria curationi inſtrumenta maturè non adhibere, ſed præcipitantes ea nimis tardantéſve naturæ contra morbum pugnaturæ conatum aut interpellare, aut nullo modo adiuuare. Sic ægros molliores ſuique periculi ſecuriores ſpretis ſalutaribus medicorum conſilijs auxiliíſque ſeipſos vitámque ſuam inſultanti morbo prodere. Miniſtros

quòque

quoque ægrotantium libidini ſeruientes & ſcurrilitati indulgentes temerario & pernicioſo obſequio ſuo fortunæ etiam caſus varios vt fibres, incendia, ruinam ædiū, obitus, cædes, iurgia triſtéſque quoſlibet nuntios (vnde frequens naturæ ægrorum oppreſſio & inſperata pernicies) nulla rationis humanæ acie præſentiri & declinari poſſe. Similem denique cauſarum externarum in perturbando Medici iudicio facultatem eſſe, vt ex vehementi ſubitáque diætæ mutatione aliqua vt aeris, conſuetudinis & ſymptomatum animi. Verum enim verò nobis quidem iudicij & præſentionis rerum futurarum difficultas maxima videtur, indéque prognoſis medica diuinatio vocata quaſi diuina potius quàm humana actio cenſenda ſit. Sed eam tamen eiuſmodi eſſe arbitramur vt non ſolùm ſtata ratáque, ſed aperta & facilis quoque aliquando poſſit eſſe, ſi quidē duabus cautionibus muniatur tum errorum externorū exceptione (neque enim ars ſi fortuitos rerum caſus non præuiderit culpanda eſt) tum ſedula ſignorū omnium enumeratione, viriūmque cuiuſque matura æſtimatione, quæ nō ex ſolo numero, ſed ex magnitudine quoque & dignitate penſitandæ, & æſtimandæ ſunt. Sæpè enim vnum ſignū quod maius ſit aut dignius pluribus præpolleat. Numerus quidem ſignorum bonorum & malorum robur vel debilitatem naturæ ſignificantium facilè colligitur: ſicuti magnitudo ex relatione vnius ad alia eiuſdem generis, vtpute cauſæ ad cauſas, effectorum ad alia effecta. Quæ enim naturalibus magis ſunt ſimilia naturæ firmitatem, ſicuti diſſimilia maiorem eiuſdem infirmitatem denotant. Dignitas ad vitam refertur, ideòque ſigna facultatis vitalis languentis vel valentis ſunt potentiſſima; deinde animalis, poſtremò

naturalis.

naturalis. Itaque ſi omnia ſigna concurrant vel bona vel mala, aut certè maior eorum numerus in communem ſignificationem referatur, certa omnino prognoſis erit, ſin imparia & contraria ſigna inter ſe confligant, quæ magnitudine & dignitate vincent, eadem ſignificationem in ſeſe transferat vel mortis vel ſalutis. Quòd ſi contraria ſigna & numero & magnitudine & dignitate pariter excellant, tum demum cohibenda tantiſper prognoſis eſt, dum quæ modò latent naturæ morbive valentioris indicia foras ſeſe tandem proferant, ſic author libri προρρητικῶν ſuaſit tutiùs à prædicendo abſtinendum eſſe initijs ſaltem acutorum morborum. Nõ enim primis ſtatim diebus ſigna epigenomena magnitudinis, moris motúſque eorum (ex quibus eorum exitus præſagiendus ſit) aut omnia aut ſummis ſuis viribus emergunt vigéntque. Iure igitur in aliquot dies de futuro ægrorum ſtatu differenda prædictio eſt, ſoláque morbi ſpecies ex pathognomonicis eiuſdem ſignis & præteritus ſtatus ex cauſis internis externíſque explicari principio ſtatimque poteſt. Quòd ſi aliquando medicum præſagiũ falli contigerit, id ipſum tamẽ plerumque non tam artis quàm artificis medici crimen eſt. Neque verò etiam in tanta corporum varietate humánaque mentis imbecillitate culpanda ars fuerit quæ vix in milleſimo homine errauit, vt rectè cenſuit Celſus. Quamobrem coniecturalis quidem eſt prognoſis medica, ſed ita tamen artificioſa, vt vera conſtánſque & ſæpius ſcientifica habenda ſit. Morborum autem acutorum multò magis certa prognoſis quàm lõgorum quibuſdam viſa eſt. Quòd Hippocrates li. 2. de natura humana in morbis qui ſubitò oriuntur & quorum ſunt manifeſtæ occaſiones veriſſimas prædictiones eſſe docuerit.

rit. Quod Galenus libris de criſibus & diebus decretorijs acutorum tantùm non etiam diuturnorum morborum prognoſin totam explicarit. Quòd ſigna criſeos acutorum longè maiora & illuſtriora cùm ſint, eorundem exitum notiorem eſſe, & euidentiorem oporteat. Contra quòd diuturnorum materia pracordijs altiùs affixa ſit, ſeriùſque coquatur & excernatur, ſintque cruditatis & coctionis tardiora ſigna & imperfectior vacuatio lenta magis craſſaeq; & contumacis humorum materia, vnde diuturni ſæpius quàm acuti morbi repullulant & reuertuntur. Itaque aphoriſmum 19. lib. 2. ita Rhaſes expoſuit. Morborum acutorum incertus eſt exitus, quantò magis diuturnorum? Quòd in longis denique morbis plures quàm in acutis & breuibus errores admittantur. Refelluntur tamen veriſſimè tum teſtimonia citata, tum rationes omnes iſtius hæreſeos. Locus enim Hippocratis de natura humana nõ de acuto tantùm ſed de quocumque audiendus eſt, morbo: cuius ſit à manifeſtis cauſis externiſque repentina origo, cuiúſque exitus cognita quàm primùm eius ſpecie ariolantem medicum fallere non poteſt. Galeni quoque doctrina de criſibus acutorum de crebriori euentu, non perpetuo audienda eſt, cùm diuturnj etiam ſuas criſes tametſi obſcuriores moueant. Porrò ſi criſis acutorum clarior & euidentior ſit, exitum eorundem illico certiorem eſſe non decet. Materia quoque diuturnorum iiſdem temporibus (ſunt enim illa vtriſque morbis non dies diei inuicem conferenda) non magis latet in præcordiis quàm acutorũ. Tum critica ſigna non ſola ſunt ſalutis aut mortis indicia. Plura alia in libris prognoſticõn recenſentur. Quòd ſi coctionis ſigna in diuturnis ſeriùs appareant non idcirco incertiora finis eorundem

indicia

indicia, ſed tantùm tardiora ſunt. Vacuatio quoque perfecta materiæ acutorum nequaquam faciliùs quàm diuturnorum cognoſcitur, neque minùs acuti quàm diuturni reuiuiſcunt morbi. Si denique errores in longum quàm in acutum morbum frequentiores labantur, non illi quidem arte cōtinētur, aut à medico quamlibet ſolerti obſeruantur, ſed naturæ tantùm morbique vires ad examen exiguntur. Quare Hippocratis, Galenique ſententia 19. aphoriſmi lib. 2. retinēda eſt, firmiora ſcilicet indicia eſſe diuturnorum quàm acutorum morborum, quoniam horum materia æſtuans magis & tenuis, indeque mobilior & mutabilior eſt, diuturnorum craſſa magis lentáque & contumax. Hippocrates autem febrium acutarum tam earū quæ primariæ ſunt & in venis maioribus conditæ, quàm quæ ſymptomaticæ (ex phlegmonis viſcerum) prognoſticam doctrinam complexus eſt libris tribus, earúmque ſigna omnia tum ſalutis & mortis, tum cruditatis & coctionis, tum criſeos ſtudioſè proſequutus reliquorum morborum indicia ſignáque tum libris Prorheticōn (ſi fortaſſe eorum ſit author) tum epidemiorum & aphoriſmorum pleráque enarrauit, ſiue communium ſiue particularium. Galenus acutarum febrium eandem prognoſticam doctrinam libris criſeōn & criticorum dierum priuatim perorauit. Reliquorum morborum particularium eandem diſciplinam niſi valdè modicè non attigit, vt libris de præcognitione ex pulſibus, de inſomniis & de prænotione. Paulus lib. 2. eandem totam expediuit ſub hiſce tribus argumentis, an ſalutaris ſit morbus an pernicioſus. Deinde ſi ſalutaris an acutus vel longus: & vtrum aceruatim vel paulatim deſiturus ſit: tum de diebus criticis & de criſeos inſtantis & futuræ ſignis,

cauſiſque

cauſiſque & excretionis ſpecie. Aetius quoque ſermone primo tetrabilis ſecundæ breuiter tranſegit de ſignis omnibus prognoſticis bonis, malis, ſalutaribus, pernicioſis, de die & hora mortis, de ſignis criticis fidis infidiſque. Celſus denique Hippocratem imitatus, vt ipſe quidem lib. 2. proœmio teſtatur idem argumentum de ſignis omnibus ſalutis mortiſque, breuitatis, longinquitatis, & criſeon, tum in febribus tum in aliis morbis particularibus toto lib. 2. & 3. reuocauit. Poſtremò quàm ſit Medico decora ægróque vtilis & neceſſaria prognoſis medica hinc perſpicuum eſt. Quòd cùm finis eius ſit duplex ſanatio ægri, & dignitas medici, illam ſanè parit ægri de medico confidentia ex perſpecta naturæ ſuæ & magnitudinis opinione medici præſagio cõmota. Eſt enim fiducia imaginatricis animæ facultatis functio ægritudinum curationi duplici ratione, per accidens tamen, opportuna. Tum quòd facultates omnes naturales, vitales, animales (quibuſcum imaginatrici ſimpathia eſt ob animæ in toto corpore continuitatem, ad proprium opus ſuum potentiſſimè ſuſcitet. Maximè verò vitalem calorémque natiuum cordis quem multipliciter commouet vel refrigerando contrahendóque, vt per luctum vel calfaciendo, augendo, effundẽdo, vt per lætitiam, bonam ſpem, & fiduciam: tum quòd hac de medico fide ductus æger medicum illum propenſiùs audit, eiúſque conſiliis libentiùs paret & remedia auidiùs excipit: cui naturam & ægritudinem ſuam penitus perſpectam eſſe confidit. Dignitatem autem medici & authoritatem eadem prognoſis medica facillimè tuetur. Dum enim præſagit ægritudinem inſanabilem aut quæ difficilem aut promptiorem curationem habitura ſit, inſanabilem quidem prudens Medicus non attin-

gat, ne

gat, ne ſuſpitionem eius vt occiſi ſubeat quem ſors eius peremerit. Deinde vbi metus grauis ſine certa tamen deſperatione ſubeſt tum neceſſariys periclitantis indicabit ſpem eſſe in difficili. Ne ſi victa ars malo fuerit vel ignoraſſe, vel feſelliſſe videatur. Atque huius quidem ſententia non ſolùm Celſus li. 5. cap. 26. ſed Hippocrates etiam fuit in prooemio prognoſticῶn. Dum enim ait ſanationem prædictione eſſe vtiliorem, in ijs qui ſeruari non poſſunt inſinuare ex contrario voluit prædictionem in lethalibus meliorem eſſe curatione: ideóque ægros moribundos cum vaticinio mortis à medico eſſe deſerendos. Idem cenſiſſe Galenus commentar. in 29. aphoriſ. lib. 2. videtur in morbis lethalibus nihil mouendum eſſe non modò quando ſunt ſuo vigori proximi, ſed præcedentibus etiam vigorem temporibus, recordantibus nobis deploratos non eſſe attingendos. In his etiam morbis idem Galenus 12. methodi cap. 3. facta mortis prædictione ait ab omni egregio medicamento abſtinebis, immunémque te ſic à calumnia reſeruabis. Idem tamen Galenus 10. method. cap. 10. hecticam tertij gradus omnino quidem inſanabilem curauit, & Auicennas eandem curationem premiſſa tamẽ prædictione inchoari poſſe præcepit. Sanciẽda igitur hæc lex eſt, curationem lethalium vt hecticorum poſſe quidem ſuſcipi qui diu ſuperſtites futuri ſunt: quique Medici operâ mitioris morbi formam ſubire poſſunt, idque præmiſſa futuræ tandem mortis præſagitione. At in acutis lethalibus ſola hæc prædictio prudenti medico ſatis ſit, niſi fortaſſe ægri ipſius aut propinquiorum eius precibus curationem ſuſcipere cogatur. Quinetiam Medicus dum morbi totius ſpatium temporúmque eius prauidet non ſolùm idoneam victus quantitatem ſtatim

tis expectatione concitatus remedia negligat, exaſperando interim morbo & diutius protrahendo. Nō enim dubia prognoſis medicum fidelem doctúmque decet: ne imperitiæ ſuſpicionem & infamiam ſubeat, ſi euentum mitioris, aut ſæuioris morbi diſſimulando reticeat. Itaque omnis propemodum æger læto Medicorum nuntio hilarique vultu ex morbi ſecuritate recreandus eſt, niſi periculi ſecurior & remediorum negligentior videatur. Is enim impendentis periculi oſtentatione ad medicorum conſilia reuocandus eſt, propinquis tamen interim vera omnia ſemper palámque renūcianda ſunt: ne morbi exitum aut ignoraſſe, aut fefelliſſe medicum ſuſpicentur, poſſintque illi ipſi de domeſticis ægrotantis negotijs teſtamento, & hæreditate ſibi cauere. Quamobrem prognoſticam ſimioticæ medicæ partem ſtudioſè amplectamur, eiúſque præcepta Hippocrate doctore & Galeno interprete ſedulò percipiamus, ediſcamus, excolamus. Futurū enim eſt vt ex huius vnius partis diligenti, cautáque exercitatione ſæuiſſimas morborum peſtes à populo noſtro tutiſſimè propulſemus, ſanitatem ægris reuocemus, valetudinem ſanis tueamur, indéque diuinitatis cuiuſdam apud vulgus exiguam laudem conſequamur. Sed ita tamen prædictio noſtra temperanda eſt, vt omni ſuperſtitione & impietate careat, Deóque ſummo totius naturæ gubernatori referatur, qui poteſt cauſarum phyſicarum ſigna & effecta omnia arbitratu ſuo commutare.

D 2

Capvt I.

PRognoseos Medicæ in morbis (nam de ſanitate eiúſque cauſis & effectibus ſiue actionibus in hygiene diſputandum eſt) prognoſeos, inquam Medicæ in morbis partes ſunt tres. Vna præſentis, altera præteriti, tertia futuri ægrotantium ſtatus, & effectuum cuiuſque iſtorum. Hæc vltima pars verè prognoſtica eſt. Primæ duæ quoque ad prognoſin tamen ab Hippocrate referuntur: quòd intellectu & ratione non ſenſu exerceantur. Primùm igitur propria cuiuſque materia ſummatim proponatur: quæ deinceps pleniùs exponatur. In præſenti ſtatu morbi ſpecies; cauſæque eius internæ, & conſeruatrices ex pathognomonicis eius ſignis obſeruantur, quæ ex proprijs cuiuſque ſymptomatis, & inſeparabilibus ducuntur. In præterito ſtatu tum priſtina ſanitatis & naturalis conſtitutio commemorãda eſt, vt ab ea receſſu morbi cognito huiuſce magnitudo; & opponendorum remediorum efficacia ſtatuatur. Noſcitur autem ſanitas ex natura, ætate, & ſexu. Neuter quoque ſtatus obſeruandus eſt, cauſæque eiuſdem externæ morbificæ prægreſſæ, & ſymptomata leuiora ſubſequuta. Cuiuſmodi ſunt faſtidium cibi, ſitis, laſſitudines. Hinc enim morbi præſentis ſpecies detegitur. In futuro ſtatu exitus ægritudinis prægnoſcendus eſt cum ſuis omnibus differentijs vt temporis modique, quę prægnotionis ſpecies ex præſentium cauſarum morbi & naturæ

turæ comparatione deriuanda eſt.(Non enim illa aut omninò,aut in omnibus ſuis partibus tam valdè afflicta eſt quin morbo vtcumque repugnet.) Exitus autem morborum aut ſalutaris aut perniciofus præuidendus eſt.Tempus quoque exitus aut longum aut breue:hinc morborum alij acuti, alij longi dicuntur. Illi quidem cùm quadrageſimum diem ſpatio ſuo non ſuperant,in plures tamen differentias diducuntur. Acuti enim ſimpliciter dicti diebus quatuordecim finiuntur : alij ſimpliciter peracuti vel ſeptimo , vel nono, vel vndecimo die deſinunt:qui quarto die, perperacuti , qui poſt decimum quartum diem,alij vigeſimo euaneſcunt & acuti non ſimpliciter vocantur , alij à vigeſimo ad quadrageſimum protrahuntur,acuti ex decidentia vocati. Longũ tempus eſt quod vltra 40.diem producitur,vt ad ſexageſimum,octogeſimum,centeſimum vigeſimum , aut ad ſex etiam menſes,aut ad ſeptem annos , aut ab infantia ad pubertatem, vel ad totam etiam vitam differtur.Præter tempus longum aut breue exitus quoque dies vel hora præſagaci Medico præſagienda eſt,ea quidem hora & die circa ægrum moliatur. Exitus modus morborum duplex eſt,vnus repentinus,alter lentus.Sic in ſalutaribus coctione conſtat , in funeſtis tabefactione , aut marcore.Ille tam ad ſalutem quàm ad mortem per criſin ſæpiùs inſignémque excretionem,aut aliquando etiam per tranſlationem manifeſtam obſcurámve materiæ morbificæ ad partes nobiliores,vel contra:rariùs ſine criſi tum ad ſalutem, idque per coctionem & aſſimilationem peccantium humorum , vt per longum ſomnum in

pueris, tum ad mortem etiam, vt in principijs acceſſionum & exacerbationum particularium oppreſſo à multitudine commoti humoris calore, aut eodem in vigore earum ſpiritúque diſſipato.

Ad modum exitus pertinet conſtantia eius vel inconſtantia: ille quidem in optima & peſſima criſi ſemper certus, ſtabilis & indubitatus eſt. Sed in mutatione ad meliorẽ vel deteriorem ſtatum, ſæpè anceps & incertus: ideóque à Medico præuidendus, vt ægrum viuere, aut liberiùs ſinat, aut circũſpectiùs doceat. Sunt autem harum exitus differentiarum propria nomina. Qui enim lentus & lethalis eſt, tabes: lentus & ſalutaris, ſolutio dicitur. Subitus cum criſi vel tranſlatione ſiue ſalutaris ſiue lethalis ſit, criſis nuncupatur: ſine criſi mors.

CAP. II.

HACTENVS prognoſeos medicæ tũ ad ęgrorum curationem neceſſitas vtilitáſque, tum ad medicinalem dignitatem & authoritatẽ opportunitas enarrata eſt, totáque prognoſticæ artis materia generatim propoſita ſiue in præterito, ſiue in præſenti, ſiue in futuro ægrotantis ſtatu præmonſtrando verſetur. Deinceps eadem materia de futuro inſalubris ſtatus euentu, febríſque acutæ ſalutari vel pernicioſo, difficili & periculoſo, vel facili ſecuróque exitu ſpeciatim exponenda eſt, móxque exitus vtriuſque differentiæ omnes temporis modíque vberiùs explicandæ. Febrium igitur acutarum

rum exitus (diuturnarum enim ſicuti & aliorum morborum tam communium quàm particularium prognoſis hîc ommittitur; vtpotè minùs neceſſaria, cùm auxilij deligendi otium ab his maius concedatur, minúſque auidè à propinquis ægrotantium ex Medico perquiratur) exitus inquam acutarum febrium non ſenſu quidem vllo ſed mente ſola & ratione præſagitur: quæ non ab effectibus earum qui nondum ſunt; ſed à ſolis eorundem effectricibus cauſis præſentibus naturâ & morbo deriuata & conformata ſit: quæ cùm duorum athletarum inſtar veluti confligant & digladientur, vtrius iſtarum futura ſit victoria ex artificioſa virium inter ſe cõparatione à medico prudenti præſagiri, vt quæ à naturâ victrice ſalus; à victore morbo interitus ægri; à neutro vincente ſed pariter vtroque valente perſeuerantia morbi prædici poteſt.

CAP. III.

CÆTERVM naturæ morbíque vires è tribus argumentorum ſignorúmque fontibus cauſarum, effectuú, iuuantiúmque & lædentium (id eſt contrariorum & ſimilium) facillimè explorantur. Naturæ autem effectus, vel actiones, vel functiones vſúſque, & execrementa & qualitates ſenſibiles vocantur. Sic morbi effectus ſymptomata triplicia, functiones læſæ, excrementa vitiata & qualitates alienæ. At cùm naturæ morbus ſit cõ-

trarius,ex illius æſtimato accuratè robore vel infirmitate, huius quantacunque vis ſit, quámque vehemens,imbecilla,aut moderata internóſcitur.Itaque illius primùm explorandæ ratio omnis ex propoſitis argumentorum ſignorúmque generibus tribus deinceps exponatur.Roboris naturæ vna eſt proxima cauſa; pluréſque remotæ.Prior illa eſt ſanitas aptáque corporis ad functiones eius omnes obeundas conſtitutio.

Hæc verò triplex eſt, vna partium ſimilarium (temperies.) Altera organicarum (conformatio.) Tertia vtriſque cõmunis vnitas vel vnio vocatur.) Eſt quidem temperies conformationis & vnionis partium organicarum author. Ideóque naturam magis roborat, robúrque eius clariùs quàm alterutra declarat; tametſi ab vtraque viciſſim foueatur,dum ſanguine caloréque & ſpiritu per atteriarum venarúmque tubulos digeſto alitur & excitatur. Vt autem conformationis & temperiei diſcrimen eſt triplex;bonæ,melioris & optimæ: ita ſanitatis & roboris tres ſunt differentiæ,validi,validioris,validiſſimi. Quæ enim eſt exquiſitiſſima & veluti ad pondus temperies,validiſſimum;quæ minùs exquiſita ſcilicet ad iuſtitiam,debile tantùm magis minúſve naturæ robur denuntiat,vt præſertim,quę frigida ſiccáque eſt vel humida : nam calida ſiccáque naturæ vires minùs frangit, omnium minimũ quæ calida humidáque eſt, animantium naturæ maximéque hominum accommodatiſſima.Eadem eſt conformationis & vnitatis ratio, vt quantò vtraque eſt perfectior,tantò naturæ robuſtioris index eſt,& cauſa effectrix, quantò eadem imperfe-
ctior

ctior,non tamen citra ſanitatis limitem,tantò languidiorem naturā oſtendit. Aliæ quoque ſunt præter temperiei, conformationis,& vnionis diuerſos gradus ſanitatis roboríſque naturæ mutatrices & indicatrices cauſarum differentiæ, tùm à ſubiecto eius, tum ab inhæſionis modo fluentes. Vt enim iuuentus ſexúſque maſculus vires confirmat, ſic eaſdem ſenectus ſexúſque muliebris eneruat. Sic ſanitas inæquali,id eſt conſtans inconſtanti,multiplex ſimplici, communis particulati, diuturna recenti, aſſidua intermittenti naturam valentiorem commonſtrat. Sic igitur proxima naturæ roboris cauſa,ſignúmque eſt ſanitas triplex,temperies, cõformatio, & vnitas,earúmque differētiæ,tum propriæ;tum quæ è ſubiecti corporis & inhæſionis ratione ſuppeditantur. Remotæ autem cauſæ omnes naturę vim per accidens & interueniente temperie regunt & declarant:quam vel conſeruant optimā, ſi moderatiſſimæ:aut ex deteriori ad meliorem reuocant,ſi immoderatæ & contrariæ:aut ex bona in peiorem cõmutant,ſi immoderatæ ſimiléſque ſint. Sunt autem earum genera quatuor.Primum eſt gerendorum,qualis eſt ſomnus,vigilia,motus,quies, perturbationes aut trãquillitas animi:ſomni enim ſoboles eſt humiditas exuperãs; peruigilij ſquallor; motuum, corporis animíque caloris incremētum; tranquillitatis frigus humidum. Secundum genus eſt aſſumēdorum,quales cibi ſunt, potus & medicamenta; è quibus primi duo conuenienti modo, genere, & ſubſtantia adhibiti naturam ſuſtinent: Eandem copia vel inopia & cacochymia proſternũt. Medicamenta alterantia temperiem tantùm

moderatam mutat, & immoderatam contraria reprimunt. Similia augent, deleteria eandem penitùs conuellunt. Tertium genus eſt admouendorum, vt aëris, balnei, oleorum, frictionum, vnctionum & incidentium foris, vt caſus, ictus telorum. Hęc quidem vltima tria quantò maiora ſunt; tantò temperiem magis ſubuertunt. Reliqua eandem pro moderationis vel immoderationis ſuæ varietate diſſimiliter afficiunt. Quartum genus eſt inanitionis & repletionis. Illa enim ſuccis oppreſſum corpus recreat, viréſque exſuſcitat, exhauſtum proſternit. Hæc ſiue ad vaſa, ſiue ad vires ſit, naturam ſemper obruit, & peſſundat. Sic ergo naturę robur in ægrotantibus ſubductis cauſis eius omnibus proximis remotiſque, & differétiis communibus & propriis veriſſimè coniectari poteſt.

Cap. IIII.

ALTERVM roboris naturæ argumentum ſignúmve ab effectis eiuſdem ducitur. Priori illi tantò clarius certiúſque; quantò ſenſibus magis obuium. Ideóque ex hac argumenti ſpecie Hippocrates prognoſticum opus ſuum concinnauit. Sunt autem effecta tripartita naturæ; functiones ſiue actiones, exerementa & qualitates externæ ſenſibiles (quæ corporum ſunt ſanorum accidentia.) Ex illis autem tribus effectorum differentijs primæ vis eſt ſignificantiſſima: cùm reliquarú duarum ſignificatio ex functionibus tanquam propriis

ptiis & propinquiſſimis cauſis effluat. Functiones igitur quantò plures magiſque ſecundum naturam in febricitante occurrunt; tantò maius naturæ robur denunciant:& contra. Porrò functionum tres ſunt ſpecies, animaliũ, vitalium, naturalium. Animales bipartitæ; tum externæ, vt ſenſitiuæ & motiuæ. Internæ ſunt tres principes, cognitio, iudicatio, recordatio, & præterea ſomnus & vigilia. Vitales duæ ſunt reſpiratio & pulſatio: vtriuſq; partes duæ; huius diaſtole & ſyſtole; illius inſpiratio, reſpiratióque. Naturales ſunt principes tres: procreatio, auctio, nutritio: quarum hæc primarum duarum parens eſt; ſicuti eiuſdem miniſtræ ſunt quatuor, attractio, retentio, coctio & expulſio, & præterea appetentia duplex, fames & ſitis. Secundum effectorum genus eſt qualitatum corporis externarũ quæ quantò naturalibus ſanorum qualitatibus vicinæ magis ſimiléſque in ægrotantibus ſentiuntur; tantò luculentiùs robuſtam eorumdem naturam demonſtrant. Sunt autem quintuplices, pro ſenſuum numero quibus internoſcuntur; viſibiles, vt colores; audibiles vt ſoni, guſtabiles, vt ſapores; odorabiles, vt odores; & tactiles, vt calor, frigus, humiditas & ſiccitas, quæque harum ſunt comites, aſperitas, lęuitas, durities, mollities & grauitas. Communes ſunt multorum ſenſuum qualitates hæ, magnitudo, figura, & numerus. Meminiſſe tamen oportet per ſanitatem etiam ſingulas iſtas qualitatum differentias variare, pro varia corporum humorúmque & aëris temperie atque conſuetudine. Tertium effectorum genus eſt excrementorum cuiuſcunq; coctionis naturalium, quæ tria ſunt tantùm, vrinæ

fæces & ſudores; quæ naturam tum demum validam eſſe ſignificant, cùm ſubſtantiâ ſuâ, quantitate, & qualitate, id eſt colore, odore, & figurâ per morbum naturalibus, & ſanitati conſuetis reſpondent.

Cap. V.

Est igitur deiectio naturalis Hippocrates.2.prognoſt.13. textu (ita enim excrementa alui ſicuti & ſtercora & fæces & ſubductiones vocitantur.) primæ coctionis excrementum ſiccũ (ſicuti humidum vrinæ) quæ mollis ſit, figurata, ſubflaua, aſſumptorum ciborum molem referens & tempeſtiua, id eſt conſueto tempore reddita, non nimis fœtida & flatuoſa. Deiectio autem huiuſmodi incolumen ſtatum validúmque comitatur tum partium tranſmittentium ſcilicet inteſtinorum, tum verò etiam vicinorum inteſtinis viſcerum, vt ventriculi, hepatis, lienis, meſenterij, adeóque totius venoſi generis, à quibus partibus excremẽtitij humores refluere ſæpe in inteſtina mixtáque fæcibus vel ſyncera excerni ſolẽt. Alterum naturale excrementum omniúmque coctionis ſpecierum cõmune eſt vrina, quæ partium à quibus defluit, vt venarum & arteriarum maiorum, & per quas trãſfluit, vt renum, vreterum, veſicæ & colis ſtatũ detegit, cùm in febribus putridis: tùm in particularibus partium tranſmittentium affectibus, de quibus Hippocrates paſſim in aphoriſmis lib. præſertim

tim 4. & 5.Conſtat autem vrina partibus duabus, vna eſt aquoſus & ſeroſus humor ex potulentorũ ciborúmque humidiorum reliquiis primæ & ſecũdæ coctionis (nam à ventriculo materiam, ab hepate formam,id eſt ſubſtantiam & qualitates accipit) à renibus allectis poſt diſtributionem chyli & ſanguinis, atque in veſicam per vreteres depoſitis. Altera pars,hypoſtaſis dicta,tertiæ maiorum vaſorum coctionis propria,nẽpè craſſior pars in aquoſa vrinæ portione(vt nubes in aëre)pendens:fitque ex crudiori & craſſiori ſanguine,neque in hepate,neque in vaſis ipſis exquiſitè percocto; ſed leuiter tãtùm mutato,& ab eorum tunicis aſſimilato (vnde alba apparet.)Vtriuſque partis conditio & ſignificatio æſtimanda eſt tùm è ſubſtantia, tum è qualitate. Si igitur aquoſa vrinæ pars ſit modicè craſſa potionis multitudini reſpondens,ſufflaua & minimum fœtida naturalis omninò habenda eſt ſi talis perſeueret.Naturalis quoque hypoſtaſis eſt ſi alba, læuis, æqualis, minimúmque fœtida, & modicè craſſa fuerit in ſanis: cùm tamen ſanitas ſit multiplex pro multiplici naturarum, ætatum, ſexuum, victúſque diſcrimine,aquoſæ partis illius ſubſtantiam & accidentia mutari etiam ſecundum naturam contingit: vt ſubſtantia eius craſſior, aut tenuior ſit;copia largior vel parcior;intenſior,vel remiſſior. Hypoſtaſis quoque craſſior & largior, vt puerorum,ſenum,mulierum,hominum otioſorum voraciúmque. Parcior & tenuior iuuenum binoſorum & induſtriorum gnauorúmq;. Locus quoque hypoſtaſeos aliàs infimus, aliàs medius, aliàs ſublimis eſt. Laudabilior tamen fuerit & valentioris

naturæ

naturæ index, quæ ad vtriuſque partis deſcriptionem propiùs acceſſerit. Sudor excrementum eſt humidum tertiæ coctionis per cutem à calore & ſpiritu exactum. Alterum craſſius eſt, & ſordes dicitur: ſicuti cuiuſque coctionis excrementa duo ſunt, vnũ tenue, humidúmque: alterum craſſum & ſiccum. Sudoris autem & aquoſæ vrinæ partis materia eſt eadem: nempè reliquiæ potulenti humoris à quo dilutus primùm chylus per anguſtias venarum meſenterij in hepar, ex quo mox cum elaborato ſanguine in habitum infertur; & in eius poros ſanguine aſſimilato, reconditur: poſtquam maior eius pars à renibus rapta & in veſicam depoſita profundendis vrinis materiam ſuggerit. Sudoris cauſa efficiens calor eſt humidus à corde quoquouerſum effuſus: qui habitum laxet molliátque, & humores fundat ſeroſos, quos ſpirituum impetus foràs excutiat. Adiuuantes cauſæ ſunt externę, quęcunque calorem natiuum intendunt, & commouent: vt æſtus cœli, balnei, ſtupharum, vnguentorum: internæque vt potiones decocti guaiacini, theriace. Calor enim aeris & ſiccus ſudorum materiam depaſcitur. Hinc pueris & adoleſcentibus ſudores copioſi crebríque: ſenibus & melancholicis exigui raríque. Tertia cauſa ſine qua non, raritas cutis eſt; ſine qua ſudores non prorũpant. Hinc enim mulieres & pituitoſi homines & melãcholici (quibus habitus eſt frigidior denſiórque) ſudationi ſunt ineptiſſimi; ſicuti ex temporibus anni hyems & autumnus. Sudoris, ſicuti & vrinæ, ſecundum naturam indicia captantur è ſubſtantia eius, quantitate, & qualitate. Subſtantia quidem ſit tenuis,

nuis, aquoſa, lentoris expers & calida. Quantitas potulentorum modo reſpódeat. Color ſit pallidus, vel aureus, ſapor ſalſuginis atq: amaritudinis particeps, odor mitis, ſuauíſque non fœtidus. Has tamen notas omnes (ſecundum etiam naturam) variè mutari contingit: pro varia tempetamenti ſingulorum hominum ratione, ætatis, ſexus, victúſque totius. Proinde optimus ille: cuiuſmodi deſcriptus nunc eſt: naturam validiſſimam oſtendit. Qui parum diſſimilis eſt (intra ſanitatis tamen amplitudinem) eandem magis, minúſve intemperatam & debilem inſinuat.

Cap. VI.

ADHUC trium excrementorum naturalium, fæcum, vrinarum, ſudorũ differentiæ ſunt expoſitæ; è quibus naturæ robur multiplex conijcitur; validum, validius, validiſſimum. Superſunt tria excrementorum genera vomitus, ſputum, & hæmorragia. Quæ tametſi integræ ſanis optiméque valentibus hominibus non contingãt, indéque non naturalia videri iure poſſint, non tamen contra naturam tanquam retentricis facultatis à morbo debilitatæ ſymptomata ſemper habẽda ſunt: cùm aliquando ſecundum naturam ſint, eiúſque validæ facultatis expultricis opera: quæ à moleſta materiæ alicuius quantitate vel qualitate laceſſita ſit, vnde ſymptomata quidem videri poſſint ſed naturalia, de quibus Galenus 3. de cauſis

ſyptomat.

ſymptomat. Vomitus igitur ſeu vomitio ſymptoma quidem haberi, morbiq́ue effectus poſſit, cùm ſit alia ab ore via excernendis ventri excrementis à natura inſtituta, aluus ſcilicet: os autem ipſum tranſglutitioni dicatum: ipſa tamen vomendi actio in naturalibus tum ſtatuenda eſt, cùm à facultate ventriculi expultrice cõmouetur: quam vel ciborũ, potuúmque opprimẽs ſarcina, vel humorum aliorũ, vt pituitę bilisq́ue vtriuſque odioſa qualitas ſtimulet. Itaque per ſanitatem naturæ robur vomitus ſemper denuntiat: ſicuti etiam per febres poſt coctionem: antequam retentricis facultatis debilitatem materiam ſcilicet morbificam non ſuſtinentis donec percoquatur. Sputum quoque ſiue coctum ſit (*πτύελον* dicitur) ſiue crudú (*πτύσμα* vocatur) in ſymptomatis numerari fortaſſe poſſit, cùm qui integrè ſani ſint, neque tuſſiant, neque expuant. Neque enim ſaliuæ reiectio pro ſputo haberi debet. Sed id tantùm quod ex thorace, pulmone, & arteria excrementum extunditur. Ea tamen per ſanitatem naturalis euacuatio educenda eſt & expulſio irritantis infenſæq́ue materiæ; quæ quò magis ſecundum naturam eſt, eò robuſtiorem illam declarat. Ea verò eſt pituita ſiue à cerebro excepta, ſiue ex nutritione partium thoracis redundans. Quę ſit ſubſtantiâ mediocri, non craſſiori, neque tenuiori, non figuratâ, neque flatuoſâ.

Hæmorragia denique ſemper naturalis eſt per vterum, menſibus benè ordinatis; ſicuti alia etiam in viris benè ſanis quoties opprimentem plethoram vel cacochymiam naturæ facultas expultrix iſta vacuationis ſpecie exonerat, vt in puerperis & obeſiori

obeſioribus adoleſcentibus viriſque otioſis,& crapuloſis. In morbis autem aliàs naturalis eſt : aliàs ſymptomatica, vt ſuo loco demonſtrabitur.

Poſterius naturæ roboris argumentum à iuuantibus,& nocentibus depromendum eſt. In iuuantibus numerantur externæ ſolæ cauſæ circa ſtatum ſalubrem , ſiue illæ in agendis , ſiue in aſſumendis, ſiue excernendis & admouendis numerentur. Illæ enim ſemper ſimiles à temperie ſalubri : ſicuti ab inſalubri diſſimiles & contrariæ appetuntur : ideóque temperamenti ſpeciem & ſanitatis differentiam roboriſque declarant. Eædẽ cauſæ è nocentibus ducendæ ſunt ſi contrariæ : quæ ſi etiam nihil aut minimùm naturam offendant robur eiuſdem eximium portendunt.

CAP. VI.

HACTENVS argumentorum ſignorúmque fontes omnes aperti ſunt ; è quibus naturæ roboris maioris, minoriſque differentiæ omnes hauriri poſſint. Primùm quidem ex cauſis proximis remotiſque , deindè ex effectis triplicibus, vt functionibus, qualitatib⁹ corporis externis & excrementis omnibus, vt fæcibus, vrinis, ſudoribus, vomitibus, ſputis, hæmorragia. Deinceps virium morbi ex iiſdem argumentorum , ſignorúmque generibus triplicibus inueſtigandarum ratio tota ſedulò ſubducatur ; ex quarum cum naturalibus comparatione vtriuſque, pugnæ naturæ mor-

biq́ue exitus præuideatur. Cùm enim morbus ſit ſanitati & naturæ contrarius:quantò magis minúſve violentus fuerit; tantò grauiùs illam leuiúſque infeſtet,

Ergo debilitatis naturæ proxima ſummáque vna cauſa eſt morbus (inepta nempè ad functiones obeundas corporis cõſtitutio)iſque genere triplex; intemperies, mala conformatio & ſolutio continuitatis. E quibus intemperies naturam vehementiſſimè labefactat. Nullus tamen ſpecie ſua lethalis morbus eſt,cùm ex quauis conualeſcere ægros cõtingat,ſed ob proprias differentias; quæ vel morbi formam,vel cauſas eiuſdem,vel ſubiecti,id eſt corporis ægrotantis proprietatem, vel denique inhæſionis in ſubjecto modum conſequuntur. Quare à cauſis externis vt ab aëre, aquis,frugibus,alij ſunt communes, iiq́ue vel endemij (leuiores,)epidemij ſimplices,(grauiores) & epidemij peſtilentes(omnium grauiſſimi.)Alij ſporades & proprij. A tẽpeſtate quoque anni verni ſunt tutiſſimi, æſtiui vehementiſſimi,autumnales & hyemales longiſſimi,& difficillimi. Ab internis cauſis differẽtiæ ſunt,quòd quidam immateriales, alij materiales; ſicuti ſanguinei,leuiſſimi, minúſque naturæ moleſti:bilioſi, moleſtiſſimi: melancholici, moleſtiores quàm pituitoſi. Singulorum quoq; humorum morborúmque inde naſcentium diſcrimen eſt leuitatis & grauitatis, tùm ob mixtionem:nam exquiſiti vnóque conſtãtes humore mitiores ſunt. Alij ſpurij ex pluribus humoribus mixtis conflati,difficiliores. Tum ob coctionem & cruditatem:Illa enim ægris ſecuritatem, hæc periculum oſtentat. Tum ob motũ; turgentes

turgentes enim ſunt periculoſiſſimi; minùs periculoſi quieti (niſi partibus principibus affixi ſint.) Tum denique ob exitum & retentionem materiæ. Formam morbi conſequuntur differentię à magnitudine, numero, loco, motu, & tempore. E quibus omnibus magnitudo ex cōparatione alterius morbi eiuſdem ſpeciei parua vel magna intelligitur: & ex ſymptomatum conditione parum vel multùm naturę infenſa. A numero, quòd ſimplices compoſitis ſint leuiores, & ex compoſitis confuſi quàm impliciti. A loco communes propriis & particularibus ſunt grauiores: ſicuti qui partem nobilem, quàm qui ignobilem obſident. In motu ſpectantur qualitas & modus. Ab illa celeritas tarditáſque pēdent: ex quibus illa naturæ minùs infenſa eſt, niſi comitem habeat magnitudinem. Ab hoc ordinati, intermittentes, conſtantéſque naturæ minùs infeſti ſunt; quàm qui contrarij. A tempore denique alij recentes minùs, quàm diuturni, moleſti: diurni quoque minùs quàm nocturni. Tertium differentiarum genus eſt ex ſubiecti, id eſt corporis ægrotantis ætate, ſexu & cōnſuetudine; minùs enim periculoſi ſunt quorum naturæ, ætati, & conſuetudini conſentiunt; quàm qui diſſentiunt; ſicuti ſeniles & muliebres grauiores eſſe quàm viriles & iuueniles ſolent. Poſtremò ab inhæſionis modo: nam confirmati morbi & *κατ' ἕξιν* recentibus, & *κατὰ σχέσιν* moleſtiores ſunt, ſicuti æquales inæqualibus; idiopatici ſympathicis.

CAP. VII.

HACTENVS violentiæ morbi ſignorum genus primum à cauſis eiuſdẽ proximis remotiſque, & à proprijs differentijs decurſum eſt. Secũdum ſignorum genus eiuſdẽ decurrendũ inſtat, ab effectis triplicibus, (quæ cõmuniter ſymptomata vocantur) actionibus læſis: excrementis vitiatis & qualitatibus mutatis. Quæ omnia quantò naturalibus iiſdem magis minúſve diſſentanea: tantò validioris morbi naturæque inualidioris, & contrà ſunt ſignificatiua. Actionum autem noxæ vel læſionis tres ſunt differentiæ: abolitio, diminutio, deprauatio. Veluti ex animalibus principibus intelligẽtia in attonitis & catalepticis aboletur: in fatuis minuitur: in delirantibus & phreneticis deprauatur. Ratiocinatio in apoplecticis & epilepticis aboletur: in ſtultis minuitur: in melancholicis & maniacis deprauatur. Memoria ex quadam peſte apud Thucydidem abolita legitur. Aliàs minuitur tantùm. Huius etiam principum functionum noxæ comprehenſio ex voce eſt, ſermone, geſtu, aliiſque operibus animalibus naturæ & conſuetudini repugnantibus. Ad communem ſenſum pertinent vigilia, & ſomnus. Illa in caro aboletur, in cataphora & comate vigili minuitur, deprauatur quæ perpetua eſt & indeſinens. Somnus quoque aut turbulentus eſt, aut laborioſus, aut longior (affluente cacochymia.)

Senſuum externorum eædem ſunt læſionis differentiæ

differentię propriis nominibus deſignatæ. Nam viſus abolitio, cæcitas; diminutio, hebetudo & caligo; deprauatio, hallucinatio & vertigo dicitur. Sic auditus abolitio, ſurditas: diminutio eiuſdē, grauitas auditionis: deprauatio, vt ſoni alieni, tinnitus, ſibili, ſtrepitus obauditio. Sic odoratus perit vel imminuitur obſtructis narium meatibus; vt polypo, ſarcomate, grauedine, & coriza: vel corrupto proprio organo, vt ab impulſu ictúve graui, aut ab odore quolibet eximio. Deprauatur à putri narium vlcere, & ozæna: vel dentium corruptela & tabe. Sic abolitio imminutióque guſtatus accidit in vehementi linguæ perfrigeratione, vel ſiccatione: deprauatur in perfuſione linguæ ab alieno corruptóve humore. Tactus denique perit in paralyſi: minuitur in ſtupore: deprauatur in pruritu. Motus quoque voluntarius aboletur in toto corpore per apoplexiā; in dimidio vel parte tātùm per paralyſin. Deprauatur in epilepſia, cōuulſione, rigore, horrore. Minuitur in tremore & langore virium per quē febricitantes labuntur deorſum ad pedes, Hippocrati primo prognoſt. Motus voluntarij ſpecies eſt reſpiratio, partibus duabus conſtans, inſpiratione ad refrigerationem caloris natiui, & expiratione ad purgationem. Cauſæ eiuſdem continentes ſunt tres, vt & pulſationis: finalis, id eſt temperatio caloris natiui: efficiens, animalis facultas: inſtrumētaria multiplex, pulmo, diaphragma & thorax totus ſuis muſculis inſtructus. Ex ijs cauſis differentiæ ſunt plures lege reſpirationis. Aboletur enim aliàs cordis extincto calore, vel proſtrata animali facultate, vt in mori-

bundis:aliàs ex oppreſſione pectoris, vt in hyſteri-cis. Deprauatur,cùm ſupra modum creſcit,vt in fe-bre ardentiſſima;aut augetur cum difficultate qua-dam,& ſcapularum totiúſque thoracis eleuatione, vt impeditis inſtrumentis ab aſthmate, peripneu-moniâ,deſtillatione,ſuppuratione. Aliàs in virium debilitate ſumma:hiſque ſpiritus frigidior eſt; illis calidior. Aliàs parua eſt, ſed crebra, vt in laterum dolore. Aliàs parua eſt & rara,in ſumma caloris na-tiui penuriâ. Vocis quoque noxa reſpirationis vi-tiis reſpondet. Hæc enim exilis & obſcura eſt vir-tute admodum debili:ſicuti & inſtrumentis vitali-bus,vt dictum eſt,impeditis. Vitalis actio eſt pul-ſatio cordis & arteriarum propria,cuius eædē ſunt noxæ. Abolетur enim in moribundis, & imminui-tur extante caloris extinctione,languidúſque fit & tardiſſimus pulſus. Idem frequens & velox admo-dum febris magnitudinem denotat.Ex actionibus naturalibus nutritio aliquando abolетur, vt cùm ſiccius corpus marceſcit& extenuatur;túmque in-gentem febris ardorem ſignificat Hippocrati, 1. prognoſt.de vultu funeſto. Aliàs perſeuerat nutri-tio per febres, humorúmque craſſitiem,lentorém-que, & febris periculum, aut prolixitatem ſignifi-cat. Appetentiæ cibi abolitio interitum facultatis animalis aut naturalis ſequitur; ſicuti ſitis per fe-brem continuam cū lingua arida ceſſatio. Depra-uatio penes quantitatem cibi vel potionis ſequitur intemperiem frigidiſſimam ſtomachi, & naturæ debilitatem : penes qualitatem eiuſdem ab aliquo ſucco prauo perfuſionem,vt in prægnantibus.Co-ctio abolita extremam vim morbi & naturæ per-niciem

niciem declarat. Diminuta eadem prolixitatem febris (quòd humor hic tandem concoqui poſſit.) Expulſio deprauata eſt, cùm plura aut diuerſa aut non conſuetâ viâ reijciuntur excrementa. vt vomitione, pandiculatione, oſcitatione, horrore, rigore, (qui cũ virium debilitate lethalis eſt Hippocrati. 4. aphor. 46.) aliquando tamen naturalis & critica eſt, vt poſt coctionem & in fine ſtatus humorum peccantium tantùm, & cum facili tolerantia ægri, & ægritudinis leuatione, multáque euacuatione vnius ſiue plurium humorum. Aliàs contra naturam eſt ſignis contrariis deprehenſa; éſtque retentricis facultatis debilitatę index, vel ab acrimonia, vel à copia, vel à malignitate materiæ, quam continere ad coctionis abſolutę tempus nõ poteſt.

Cap. VIII.

QVALITATES quoque ſenſiles per morbum aliquando ſecundum naturam ſunt, cuius robur denũtiant. Aliquando cõtra eandem, vímque morbi potiùs denotant. Diſcrimen eſt è communibus ſignis, tempore, tolerantiâ & leuatione: vt ex viſilibus color flauus ſeptimo die naturalis eſt & criticus, ſexto ſymptomaticus. Icterus niger die critico naturalis, aliàs lethalis eſt: aut à frigore aut ab extinctione caloris natiui cùm præcedit liuidus, aut ab vſtione febriſq; ardore, quem præcedit viridis, de quo Hippocrat. 1. progn. odor quantò magis fœtidus, tantò maioris putredinis

febríſque teſtis eſt. Sapor varius pro cacochymiæ varietate eſt, amarus, ſalſus, inſipidus. Qualitates tactiles duplices ſunt primæ, caliditas, frigiditas; quarum æqualitas, temperiem, inæqualitas morbum portendit. Quæ ſi ſimul in toto corpore obrepant pituitæ putris imputríſque & crudiſſimæ index eſt (vt in epialo.) Si non in omnibus partibus ſimul vigeant, ſed calor intus circa præcordia, frigus foris circa habitum, inflammationis viſcerum naturæque infirmiſſimæ nuntius eſt (vt in febre lypiria.) Calor autem frigúſque viciſſim ſuccedens naturæ natiuíque caloris oppreſſionem à copia materiæ morbificæ ſignificat. Ex qualitatibus ſecũdis durities præcordiorum præſertim malum ſignum eſt, ſequitúrque vel obſtructiones, vel tumores viſcerum, quæ præſtat eſſe mollia. At ab inanitione & macie periculoſior eadem eſt, & in partibus ſpermaticis incurabilis, in carneis minùs difficilis. Communia obiecta ſunt vt magnitudo, figura, numerus, híque ſunt aliquando morbi, dum ſolitarij conſiſtunt à nullo præcedente morbo orti, aliàs ſymptomata. Figura igitur mutata ab inanitione, debilioris naturæ & vehementioris febris ſoboles eſt, quàm quæ à repletione; ſicuti de conuulſione apparet. Magnitudo moléſque corporis perſeuerans eadem per febrem acutam, copiam, lentorẽ, & craſſitiem materiæ morbificæ deſignat, cutis denſitatem, indéque febris longitudinem. At ſuprà modum imminuta pro ratione ætatis, morbi, aëris, & victus ſine vigiliis & inedia, diarrhæa & artificioſis vacuationibus vt purgatione & phlebotomià ſummam humorum tenuitatem, cutis raritatem,

tatem,& retentricis facultatis debilitatem denuntiat. Vnde facies cadauerosa primis ſtatim diebus obrepere ſolet. Gracilitas quoque ventris inflammationem partium eius & coctionis debilitatem teſtatur. Illum enim corpulentum eſſe & obeſum præſtat Hippocrati aphor.33.libr.2.Numerus aliàs augetur, vt lentores circa dentes,à quibus humorum viſcoſorum copia in cerebro, vel ventriculo, ardórque febris indicatur,aphor.34.lib.4.Aliàs imminuitur, vt dũ pili ſunt decidui in pthiſicis,mortale ſignum eſt, & deficientis alimenti,aphor.11.& 12.lib.5.Aliàs ab acrimonia humoris, vt in elephãtiaſi & morbo Neapolitano.Apoſtema denique vel abſceſſus aliàs primarius eſt & morbus; aliàs alterius morbi ſymptoma & effectus per tranſmiſſionem genitus. Eſt autem aliàs criticũs & naturalis, aliàs ſymptomaticus. Illius ſigna ſunt communia leuatio ægritudinis, facilis tolerantia ægrotantis, & ſtatus febris. Propria ſumuntur à ſubſtantia, quantitate, & qualitate eius atque figura locóque. Nam ſubſtantia debet eſſe eadem humoris peccantis priorem morbum efficientis per aphor. ſi qualia oportet purgari &c. Quãtitas materiæ peccanti par eſſe debet: minor enim debilem expultricem oſtendit;maior partis oppreſſionem & gangrænam infert. Qualitas viſilis ſæpè mala eſt,vt color niger & viridis vſtionem,liuidus aut niger perfrigerationem teſtatur.Sic abſceſſus calidior malus eſt,frigidus peior.Mollities bona;durities mala:figura acuta melior eſt quàm lata.Locus denique excipiens ignobilior eſſe debet, & à priori mittente diſtantior:debet denique non repentè deliteſcere,ſed ſta-

tim diſcuti aut ſuppurari. Abſceſſus ſymptomaticus contrariis ſignis noſcitur, qualis peſtilentium febrium comes eſſe ſolet.

Cap. IX.

Tertivm ſupereſt effectuũ morbi genus: ex quibus vis eiuſdem & naturæ notari poſſit. Nempè excremẽtorum tum naturalium & per ſanitatem conſuetorum, vt fæcum alui, venarum, veſicæ, & maiorum venarum: ſudoris habitus totius, ſanguinis vteri in puerperis & menſtruatis fœminis: ſputorum thoracis, vomitionum ſuperioris ventris: tum non naturalium, vt pituitæ, bilis flauæ, praſſeæ &c. melancholiæ, atræ bilis & ſanguinis, quæ à neutris tantùm ægríſque non ſanis excerni ſolent. Vtrumque excrementorum genus per febres acutas aliàs eſt ſymptomaticum, morbique validioris & naturæ debilioris ſignum, aliàs criticum naturæ validæ, morbíque inualidi argumentum. Vtriuſque diſcrimẽ eſt tum ex præcedẽtibus excretionẽ ipſam, vt coctione & indicatione, criticã: cruditate nulláq; indicatione, ſymptomaticam. Tum ex cõſequentibus eandẽ excretionem, vt leuatione ægritudinis, ægríque facili tolerantia, criticam: ſicuti ex difficili tolerantia, febríſque exacerbatione ſymptomaticam. Tum denique ex comitantibus excretionem, & excretam materiã. Huius propriæ ſunt differentiæ à ſubſtantia, quantitate, qualitate, conſiſtentiã ſiue habitu, & figurâ.

figurâ. Illius à tempore, loco, modóque. Sic uti generatim primū hoc loco proponitur, mox que ſpeciatim in ſingulis excrementorum generi bus fusè magis claréque exponetur.

De deiectionum non naturalium differentijs.

Cap. X.

DEIECTIONVM igitur naturalium in ſanis ſubſtantiæ fæces ſunt & reliquiæ excrementorum craſſiorum primæ coctionis incoctorum, quarū differentiæ omnes antea deſcriptæ ſunt. Earum quæ præter naturam ſu nt in ægris, aliæ tamen ſunt aliquādo naturales, ægrīſque vtiles, vt criticæ. Aliæ contra naturam omninò & ſymptomaticæ ægrīſque noxiæ. Súntque hæ per comparationem naturalium vel crudæ tantùm, vel prauæ etiam ſtatuendæ. Vtriuſque generis ſubſtantia eſt duplex; tum reliquiæ prædictæ alimentorum; tū humores excrementitij & alieni quidē ichores. Fęcum itaque craſſior ſicciórq; ſubſtantia per febres ingentem partium ventris ardorem ſignificat: eadem tenuior & liquidior cruditatem atque imbecillitatem coctricis & retentricis facultatis. Non naturalium ſubſtantia, aliàs contra naturam omninò eſt & ſymptomatica: vt puru lènta ex vlcere inteſtinorum: ichoroſa & adipoſa ex colliquatione partium molliorū per febres ardentes & hecticas, verminoſa

ciborum & retentricis robore ex viarum anguſtia præ ciborum vi aſtrictoria oriri neceſſe eſt. At per febres acutas deiectionum naturalium quantitas ferè pauca eſt ob tenuitatem victus,aliquando etiã nulla, natura criſin per aliam viam vt per habitum vel veſicam moliente. Non naturalium autem id eſt humoralium in ſtatu per criſin robuſtam naturam,integram vacuationem,inſtantémque ſalutem denuntiat: ante criſin in alijs temporibus naturæ debilitatem,& oppreſſionem multitudinis, aut irritationem acrimoniæ,& malignitatis denotat, vnde cruda excernatur ante tempus. Pauca & critica minùs bona,naturæque infirmioris & imperfectioris vacuationis index. Ante criſin ſimpliciter mala eſt minùs tamen quàm multa.Deiectionum naturalium fæcúmque color ſubrufus eſt. Earundem per febres albicans color,aut cruditatem ex inopia coctionis ob naturæ infirmitatem; vel obſtructionem meatus chyſtidis felleæ; vel bilis raptum in cerebrum(Hippocrat.1. progn. verſu 6.aut inſtantem criſin per ſudorem, vel vrinas. Non naturalium & humoralium deiectionum color flauus vitellinæ bilis copiam; liuidus caloris extinctionem; niger ſplendens atram bilem;obſcurus melancholiam denotat, ſúntque contra naturam omnes & febricitanti funeſtæ ante ſtatum morbi & criſin, ſignáque ſunt naturæ neque coquentis, néque ſecernentis;ſed criticæ omnes poſt coctiones ſunt ſalutares etiam atrabilariæ. Odor nimis fœtidus putredinis morbique victoriam deſignat. Calor viſcerum ventris ardorem;frigus caloris natiui perniciem, aut vitreæ pituitæ copiam oſtendit. Sicuti a-

crimonia

enim onia vlcus,humores vſtos,aut vtrumque.Naturalium deiectionum quæcunque excretio per febres debet conſueto tempore fieri. Celeriùs enim expultricis robur & irritationem, tardiùs retentricis robur ſignificat. Non naturalium & humoralium excretio in ſtatu & criſi optima eſt:priùs verò peſſima: mortiſque aut longinquitatis febris nuntia. Excretio ſonora flatus & cruditatis index eſt, vel agitationis humorum è diſtantioribus partibus (in quibus morbum fouebant) ad inteſtina per criſeos tempus præcipitantium.Illa mala ante criſin; hæc in criſi optima eſt Excretio denique tam naturalium quàm non naturalium deiectionum debet eſſe voluntaria. Quæ contraria eſt, vel paralyſin ſphyncteris,vel delirationem,vel animalis facultatis extremam debilitatem indicat.

De vrinæ non naturalis differentiis.

Cap. XI.

VRINARVM naturalium in ſanis partes duæ antea ſunt diſtinctæ, liquor aquoſus & hypoſtaſis; atque earum vtriuſque triplices expoſitæ differentiæ penes ſubſtantiam, quantitatem & qualitatem. Non naturalium vrinarum totidem partes partiúmque differentiæ exponendæ ſunt cũ ſuis cauſis & ſignificationibus,ſed in febribus acutis tantùm Hippocrat. imitatione lib.1.prognoſt.c. 5.cùm eaſdem perſequatur vrinarum mutationes ex par

ex partium tranſmittentium vitiis (non ſolùm in febribus) lib.4.& 7.aphor. Ideóque monebat verſu vltimo capit.prædicti diſtinguendam eſſe diligenter vrinarum mutationem ab illarum partium vreticarum vitijs,renum,vreterum,veſicæ,colis. Sunt autem omnes illę aut crudæ tantùm aut prauæ etiã; idque cum latitudine quadam vt primi medij aut vltimi gradus; vt ſcilicet prauæ ſimpliciter valdè prauæ & prauiſſimæ dicantur. Item crudæ ſimpliciter quibus nullum, & quibus obſcurum,& denique quibus manifeſtum adeſt coctionis veſtigium. Liquoris igitur aquoſi ſubſtantia craſſa lentis febribus vt autumnalibus propria ſi poſt primum ſeptenarium declarari cœpit, tũ coctionis & ſalutis initium oſtentat aph.69. lib.4. Vrinæ quoque craſſæ, multæ & albæ poſt quartũ diẽ prodeuntes in laborioſis febribus à craſſa crudáque materia ortis ſunt criticæ,liberántque ab abſceſſu alioquin erupturo,aphor.74.lib.4.& 73.Vrina turbiba quales iumentorum aut quale muſtum ſignificat præſentem aut imminentẽ cephalalgiam, tãdémq; ſalutem, comitante virium ægri robore: ſed tamen tardam, vt intra 40.diem. at cum debilitate ægri mortem aphor.7.lib.4.fiunt enim turbidæ, ait ibidem Galenus è multitudine crudæ lentæque materiæ à calore febrili vehementer perturbatæ,& in flatus quadam ex parte verſæ, qui leuitate ſua ſurſum in caput repentes dolorem eidem tenſiuum incutiunt. Ab iiſdem flatibus artuum manuúmque ſaltus fiunt: commoto ſcilicet ſpiritu animali ab eorum mixtione, vnde conuulſiones mortéſque ægros rapiunt,Hippocrat.6.epidem. Vrinæ tenues

& aquoſæ

& aquoſæ de quibus aphor.72. libr. 4.cum Galeni commento, in longis febribus, vt quartanis frequentes eſſe ſolent ob cruditates & obſtructiones graues: quarum diuturnitatem ſalutarem portendunt niſi ſubſit virium ægri infirmitas, cum qua mortem potiùs moliuntur. At in acutis febribus rariùs quidem accidunt, extremámque cruditatem venoſi generis ſi perſeuerent, breuémque mortem denuntiant, niſi fortè ad ſtatum febris tales repentè euaſerint, vel imminente diarrhæa critica vel hæmorragia. Sicuti apud Hippocrat. 1.epidem.de quodam Pithone legitur, cui poſt eiuſmodi vrinas dyſenteria critica ſuperuenit. In eas ſublimiores partes bilis tum tranſmittitur. Aliàs tamen eadem bile in cerebrum rapta tenues quæ ſuccedunt vrinæ phrenitidem implacabilem, mortémque ineuitabilem præſagiunt. Quantitas ſeri per febres potionis modum rarò exprimit (vt per ſanitatem ſolet:)ſed aut parcior eſt vrina, ob acrimoniam caloris febrilis materiam abſumentis: vel ob obſtructionis impedimentum, vel denique ob delirationem. Copioſius contra fit, vt ob criſin in ſtatu, ſicuti aphor.docet.73.& 74.lib.4.aut ob partium tenellarum, pinguium, & carnearum recentium tabificam liquationem in febribus ardētibus, aphor. 33.lib. 7. Color ſeri per febres acutas ſi naturali ſit proximus, id eſt rufus aut ſubrufus, ex admixta bile pauca, coctionis criſiſque inſtantis & ſalutaris index eſt:ſæpiùs intenditur aut remittitur. Huius generis eſt aquoſus, albúſque & ſubpallidus. Vterque cruditatem quidem indicat, ſed ille maiorem; indéque febrem longiorem, ſi validiores ægri vires longinquitatem

ginquitatem ferant, aliàs lethalem, Hippocrat. c. 5. verſu 30. & 31. lib. prognoſt. Hic cruditatem quidem minorem & initium coctionis, febrémque breuiorem & ſalutarem inſinuat ſi antea tenuis fuerit, aph. 32. l. 7. Ille tamen albus & aquoſus liquor aliquando circa ſtatum repentè emergit, phrenitidis, mortíſque certū indiciū ob bilis præcipitē in cerebrū inuaſionem. Aliàs præſenti vel imminēti critica diarrhœa, aut ſudore aut hæmorrhagia ex tranſmiſſa à venis naturę vi expultrice in eas partes tota bile. Intenſi coloris ſpecies eſt flauus vel croceus ex bilis flauæ admixtæ copia; eáque ſi tenuis eſt ante ſtatum cruditatem quidem oſtendit, febrémque periculoſam, non tamen naturæ forti omnino inſuperabilem: in ſtatu autem critica aliquando eſt, vt in Cherione quodā l. 3. epidem. Ruber quoq; & tenuis aliàs febrem ardentiſſimam, aliàs chyſtidis felleæ obſtructionem ſequitur. Subruber autem & craſſus cum ſedimento ſimili ex ſanguinis crudioris ſero longiorem febrem, ſed tutam tamen portendit, Hippocrat. verſu. 27. cap. 5 lib. 1. prognoſt. Liuidus & niger caloris natiui extinctionem denotat: ille inchoatam, hic perfectam: vterque mortem ineuitabilem, niſi aliquando in melancholicarum febrium criſi poſt ſtatum appareant. Viridis quoque & niger ſanguinis vſtionem mortémque in omni quidem ætate, ſed in viris & in mulieribus magis, ſicuti in pueris tenues & aquoſæ ſunt calamitoſiſſimæ Hippocrat. verſ. 33. cap. li. 1. prognoſtic. Odor valdè fœtidus languentis naturæ & vigentis putredinis eſt index Hippocrat. verſu 32. cap. 5. l. 1. prognoſt.

Ex qualitatibus tactilibus primæ quidem vt calor & frigus inter meiendum aliquando ſentiuntur per febres, cùm per ſanitatem vtraque ſit temperata, ex quibus ille incendium febris & periculum, hoc caloris natiui extinctionem mortémque impendentem portendit. Secundæ autem ſunt læuitas & acrimonia. Illa cruditatem, hæc febris biliſque vim oſtendit: vtraq; naturam periclitantem. Spumoſa vrina fit à craſſo, crudo, lentoque humore à calore febrili agitato, indéque febris longior, non tamen lethalis promittitur, niſi deſit virium robur. Adipoſa denique vrinæ ſuperficies colliquationem renum, partiúmque pinguium & carnearum deſignat Hippocrati aph. 35. lib. 7. Ex his ergo liquoris vrinarum in febricitantibus differentiis aliæ ſunt crudæ tantùm, vt ſubpallidæ; aliæ crudiſſimæ, vt albæ, tenues, aquoſæ, vinóque albo & prætenui ſimiles. Aliæ etiam prauæ & exitioſæ Hipp. verſu 33. cap. 5. lib. 1. prognoſt. niſi fortaſsè in ſtatu prodierint, prægreſſis coctionis ſignis, tunc enim criticæ & ſalutares habendæ ſunt.

Hypoſtaſis vrinæ pars eſt craſſior, cuius in ſanis materia ex reliquiis alimentorum aſſimilatorum quidem à coctrice venarum & arteriarum facultate, ſed non vſquequaque appoſitorum. Subſtantiæ eius differentiæ ſunt craſſities, tenuitas, læuitas, aſperitáſque, æqualitas, inæqualitas, figura pyramidalis & acuta, vel obtuſa, plana, rotundáve, locus infimus, medius, aut ſublimis. Quæ ergo ſanorum hypoſtaſis ſubſtantiâ eſt modicè craſſâ, læui & æquali, minimùm fœtida, in fundo vaſis figurâ acutiori, ea verò perfectæ coctionis conſtantiſque ſanitatis

nitatis eſt index. Eadem in febricitantibus inſtantis criſeos, & ſecuritatis ægri eſt nuntia, ſi quidem cõſtans fuerit, non intermittens: id eſt quæ vno die cocta, altero crudior prodeat. Vide Hipp. cap. 5. lib. 2. prognoſt. & Galenum in commento. Vide quoque aphor. 32. lib. 7. Hypoſtaſeos in febricitantibus materia eſt antecedentis febrium materiæ & putreſcẽtium humorum portio quædam. Altera enim ex reliquiis ciborum ab ægris aſſumptorum, qui aſſimilati quidem, non tamen apponi potuerunt ab inſito venarum & arteriarum calore, earúmque facultate coctrice mutationem ſubiit, tum ſubſtãtiæ, tum accidentium: vt quantitatis, qualitatis, loci & figuræ. Subſtantiæ craſſities maior quàm homini ſano conueniat, crudorum, lentorúmque humorũ copiam, indéque febris diuturnitatem & difficultatem ſignificat Gal. comment. in verſum 32. lib. 2. prognoſt. Sed quæ craſſiſſima eſt, mortem portendit Hipp. 1. epid. de Syleno quodam, qui cum tali vrina die vndecimo interiit. Sed ſignificatio hæc turbatur ſuperueniente vrinæ copiâ, quæ critica ſit, & impendentis ſalutis teſtis. Aliàs hypoſtaſis eadem euadit farinacea, furfuracea, & ſquammoſa, ob flammeam febrem liquantem tum ſanguinem & recentes carnes, tum ſolidam venarum & arteriarum ſubſtantiam, ideóque vel mortem breuem, vel longam ægritudinem minitatur, vt eius qui in Dealcis horto decumbens apud Hippo. 1. epid. 40. die iudicatus eſt. de huiuſmodi hypoſtaſi vide aph. 31. lib. 7. Quod ſi ſine febre talis appareat hypoſtaſis veſicæ ſcabiem detegit. Mucoſa quoque aliquãdo, ſanguinea, purulenta, calculoſa, & arenoſa hy-

poſtaſis emeiitur, ſed ab aliis præter febrẽ affectibus. Quas hypoſtaſeos ſpecies Hipp. l. 4. aphor. perſtringit. Tenuitas ſubſtantiæ hypoſtaſeos ſummam cruditatem indicat. Eadem ſubſtantia pro læui (id eſt compacta, coacta & vnita) ſæpè euadit aſpera, fiſſa, & diuulſa: túmque imbecillioris caloris mixtíque flatus index eſt; ſicuti pro æquali inæqualis, & diſſimilis tum ſubſtantiæ tum coloris; túmque diuerſorum humorum permixtionem inſinuat, qui alterari nequierunt à robuſto etiamnum calore. Porrò inæqualitas ea quantò minorum eſt particularum, tantò deterioris ſignificationis. Vide Gal. comment. in cap. 5. lib. 2. prognoſt. Loci diſcrimen hypoſtaſeos variat ſignificationem. Quæ enim liquoris imam partem obſidet pyramidis inſtar, valentiſſimæ naturæ & ſecuritatis ægri teſtis eſt. Si quidem alba, læuis, & æqualis quoque fuerit, quæ mediam eiuſdem regionem inuadit (enæorema, id eſt ſublimamentum vocatur) aut in ſupremam ſubuolat: vtraque ſi alba, læuis & æqualis ſit, bona quidem eſt, ſed tamẽ minùs quàm hypoſtaſis: vtraque enim ab imbecilliore calore, coctione imperfectiori, mixtóque flatu emergit. De cauſis & ſignificationibus iſtius locorum diſcriminis lege Hipp. cap. 5. lib. 2. prognoſt. verſu 36.

Qualitas hypoſtaſeos febricitantium aliquando multa eſt, quæ ſi alba quoque, læuis & æqualis ſit criſeos præſentis, fidæque & perfectæ coctionis eſt index: ſed ſine iiſdem læuitatis & æqualitatis notis cruditatem, longámque & arduam febrem præmonſtrat. Eadem aliquando nulla omnino eſt, vt in febriũ principio, in quo ſumma viget cruditas,

quæ

quæ ſi in plures dies protrahatur funeſta eſt;& naturæ oppreſſionem ęgrique interitum denotat. Nubes in augmento, enæorema ſtatus initio, hypoſtaſis in fine eiuſdem febrium ſalutarium apparere ſolet. Figura laudatæ coctæque hypoſtaſeos eſt pyramidalis, deorſum plana, ſurſum acuta & faſtigiata pro motu caloris. Eadem autem plana aut rotunda cruditatis & debilis caloris, & mortis aliquando index eſt, vt Phyſici cuiuſdam apud Hippocrat. 1. epid. qui cum eiuſmodi rotunda hypoſtaſi interiit. Hypoſtaſeos color niger ex viridi ſanguinis vſtionem ab vrente febre: idem liuidum excipiens caloris extinctionem, & vtrobique ſanè mortem portendit, maximè verò in viris & mulieribus, id eſt ægris prouectioribus: ſicuti tenuis aquoſáque pueris febricitantibus in primis exitioſa eſſe ſolet. vide Hipp. cap. 5. verſu 32. lib. 2. progn. Aliquandò tamen hypoſtaſis nigra critica eſt & ſalutaris in febribus melancholicis. Enæorema & nubes cum iiſdem coloribus mala quoque ſigna ſunt, caloris ſcilicet vel vrentis, vel exoleſcentis, minùs tamen quàm ſimilis hypoſtaſis ſunt pernicioſa, Hippocr. 36. verſu cap. 5. lib. 2. progno. Color croceus omnium hypoſtaſeos ſpecierum bilis flauæ exuperantiam, vſtúmque à vehementi febre ſanguinē: ideóque cruditatem tantùm denotat, ſed tenuitate etiā iuncta mortem. Rubra aliàs vitellinæ bilis copiam aut à febris incendio, aut à chyſtide fellis obſtructa ſequitur: túmque intincta in eam linteola flaueſcunt. Aliàs ſanguinis crudioris & ſeroſioris exuperantiam; ideóque febrem longam quidem, ſed ſalu-

tatem tamẽ inde prænuntiat. Hippocrati. cap.5.l.2. prognoſtic.verſu.37.

De ſudoris non naturalis differentiis.

Cap. XII.

IAm ſudoris febricitantium deſcriptio inſtat ex ſimilibus cauſarum & differentiarum locis, ex quibus ſanorum ſudor antea expoſitus eſt. Materia igitur ſudoris febricitantium triplex eſſe poteſt. Vna à vitioſis humoribus vel per habitum ſparſis, vel in venis & viſceribus collectis. Altera ex colliquatione & reſolutione proprij partiũ alimenti, cuiuſmodi ſudor videtur diaphoreticus, acciditque tùm hecticis, tum moribundis ægris. Tertia eſt ab excretione humidi natiui, propriique partium alimenti, cuiuſmodi ſudor fit à dolore ingenti, & agitatione ſpirituum, ideóque ſudor per expreſſionem nominatur.

Cauſa ſudoris efficiens in ægris ſaniſque(ſi natura conſtet) calor eſt non acris quidem, ſiccánſve, ſed humidus aut per habitum fuſus, vt humores attenuet, cutéque molliat, & rarefaciat: aut viſceribus ſicuti hepati lieníque inſitus. Cauſa denique ſine qua non, cutis eſt raritas.

Sudorum differentiæ ſunt ſextuplices, ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, temporis, loci, & modi. Subſtantia quidem ſudoris in ſanis vt plurimùm tenuis & aquoſa eſt, vtpotè tenuium humorum, & potulento

potulentorum,liquidorúmque alimentorum ſoboles.In febricitantibus ſæpè craſſa & viſcida, aut ex craſſi, crudi, lentique humoris & pituitoſi copia: aut ex reſolutione ipſius partium ſubſtantiæ, propriique earundem alimenti,cuiuſmodi eſt diaphoreticus, qui per expreſſionem dicitur. Quantitatis ſudorum differentiæ ſunt copia & paucitas. Illa quidem in ſanis per vigilias & externas cauſas calefacientes,vt balneum, exercitationem, commota,raritatem cutis, humoris ſeroſi multitudinem, robúrque naturæ denotat. Paucitas contra aut ſeri inopiam, aut habitus denſitatem, aut refrigerationem.Eadem poſt ſomnum nulláque prægreſſa cauſâ externa calefaciente aut ingluuiem ſequitur,aut humorum vitioſorum vacuandam multitudinem, maximè ſi è pedibus,cruribus,genibus & manibus erumpat, lege aphor.41.lib.4.At in ægris & febre laborantibus copioſus ſudor aliquando euadit à robuſtis viribus, vt per criſes. Aliàs à copia & tenuitate humoris crudi expultricem facultatem irritantis,neque febrem ſoluentis, ſed potiùs ægrum iugulantis: citiùs quidem ſi frigidus, ſeriùs ſi calidus ſit,vide aphor.42.lib 4.& 56.lib.eiuſdem.Aliàs præ facultatis retentricis imbecillitate, vel profuſa nimia cutis raritate,vel ingenti partium ſolidarum intemperie. Aliàs denique à colliquatione habitus corporis diaphoretica. Paucus cōtra fit ſudor etiāſi criticus,vel ob paucitatem materiæ ſeroſæ & vitioſæ,vel ob infirmitatem expultricis in habitu facultatis. Differentiæ qualitatum ſunt tum primarum tum ſecundarum. Illinc ſudor fit calidus,in ſanis à vehementi motu, in febricitantibus ab incendio

inteſtino febrium ardẽtium, vel à permixtione humoris feruidi, vt biliosi. Calidus quidem ſudor nihil mali portendit; ſed frigidus ſemper aliquid ſiniſtri: ſicuti materiæ frigiditatem, & calidi natiui extinctionem.

Quò fit vt frigus in mitiori febre longitudinem eius, in acuta mortem ægri denotet, vide aphor. 37. lib. 4. Item aphor. 5. lib. 8. Hinc ſudor quidem in ſanis modicè ſalſus & amarus eſt, ſed in ægris aliquando inſipidus dum plus ſudori ichoris, pituitæ, quàm bilis ineſt. Aliàs dulcis ob ſeroſum ſanguinem: aliàs ſalſus ob vſtionem ſanguinis, aut vaporum putrium mixtionem; aliàs amarus mixta bile copioſa. Sudoris odor mitis eſt & ſuauis benè valentibus, probéque coquentibus: in febricitantibus aliquando acer eſt, & fœtidus, qui cacochymiæ in venoſo genere putredinem teſtatur. Talis eſt leproſorum ſcabie laborantium, & impudicorum hominum. Sudor etiam extra febres ſanis quoque ex axillis & pedibus emanat; ſed non fœtidus per ſe, niſi poſtquam refrigeratus eſt, calore extincto, quo regebatur.

Sudoris locus aliàs vniuerſus eſt, totóque è corpore emanat, ſiue febris totũ corpus obſideat, ſiue partem aliquam, vt per pleuritidem. Aliàs eſt particularis, qui materiam morbificam demonſtrat in ea parte, è qua proſiliit; eſtque bonus ille quidem ſi die critico, robuſta natura, & præeuntibus ſignis coctionis prodeat, fitque ex particulari tãdem vniuerſalis. Aliàs malus & infidus eſt, vide aphor. 38. lib. 4. Aliquando tamen citra materiam morbificam è ceruice, capite, thorace peculiariter erumpit

pit moribundis ab acuto morbo, ob langorem facultatum, & reſolutionem ſubſtantiæ partium. Sudor febricitantium aliàs criticus eſt præcedentibus coctionis ſignis, de quo vide aphor. 36. lib. 4. Aliàs ſymptomaticus, qui initio morbi ante coctionem criſinque profunditur: ſicque vel febris longitudinem cum robuſtis viribus; vel, cum iiſdem exolutis, mortem prænũtiat, vide aphor. 36. lib. 4. Modus denique eruptionis eſt diuerſus. Nam repentinus, vehemens & velox, etiamſi criticus ſit vituperatur aphor. 5. lib. 8. quia virium debilitatem ex diſſipatione ſpirituoſę ſubſtantię affert, ſępéque mortem, natura non ferente tam repentinam mutationem, ideóque Hipp. apho. 36. ſect. 2. l. 4. Cõacorum, Sudores ait, ſi quidem paulatim fiant, iuuant: qui verò ſubitò affatimque fiunt, nocent. Idem quoque Hipp. in prognoſt. ſudores laudat qui aliquantulum remittunt morbum, licet non perfectè indicent. Aliàs vrinæ excretionem repentinam & copioſam expetit: forſan quia per illam craſſiora excrementa vacuantur, per ſudores tenuia magis, & cum illis ſpiritus. Sudor quoque qui à fronte vt guttæ & aqua ſalire videtur, Hippocrati vituperatur aphor. 5. lib. 8. tum in ſanis tum in ægris. In illis enim cerebrum materiæ multitudine opprimi & facultatem animalem: in his facultatis animalis debilitatem, quæ partes ſuperiores per halitum digeri, diſſoluíque patiatur.

De vomitione non naturali.

Cap. XIII.

Vomitio, ſputum,& hæmorrhagia ſuperſunt, è quibus morborum euẽtus præſagiri poſſit. Eſt autem vomitio aut ciborum, aut ſuccorum vitioſorum. Illa ex ingluuie neque robur, neque debilitatem naturæ ſignificat in ſanis ægríſve. Quæ autem à frugalitate ſuccedit in ſanis neutram diſpoſitionem προφυλάξεος egẽtem, in ægris morboſam teſtatur. Vomitio ſpontanea ſuccorum vitioſorum in febricitantibus aliàs actio naturæ eſt & ſalutaris, aliàs morbi ſymptoma. Diſcrimen eſt ex ſubſtantia & accidentibus. Nam vomitionis materia exquiſitè mixta ex bile & pituita, ideóque mediocris, omnium optima eſt. Syncera omnis aut cruditatis, aut prauitatis etiam ſignum eſt; ſicuti vitellina craſſáque ab euaporante calore acri. Talis eſt pituitoſa craſſáque à frigore cogẽte. Talis praſſea, glaſtea, æruginoſa ex ſanguine in venis vſto à vehementi febris incendio, & in ventriculum refuſo. Omnium denique exitioſiſſima atrabilaria. vide Hippo. cap. 6. li. 2. prognoſt. Sed hæc Hippo. ſententia in principio tantùm vniuerſali audienda eſt. Nam poſt coctionem vel inchoatam tantùm vt in augmento, vel abſolutam vt in ſtatu omnis vomitio ſyncera poteſt eſſe critica & ſalutaris, naturæ ſcilicet ſenſim vel affatim coquente vel expellente materiam morbificam. Vomitio ſanguinea in ſanis

nis ægríſque omninò eſt & in ſpecie præter naturam Hippocra.aph.25.lib.4. tum ob viam non naturalem (qualis eſt naſus, vterus hæmorrhois) vel ob effuſionem caloris natiui, vel ob venarum eroſionem, aut ruptionem, quod maximè accidit cum tuſſi ex pulmonum affectu. Nam vomitionem cruentam ſine febre laudat Hippocrates, eámque curat acerbis poſt plethorę vacuationem collectę ex ſuppreſſo menſtruo, hæmorrhoide, aut truncato membro. Quæ cum febre eſt vituperat, tāquam ſobolem grauiſſimæ phlegmones ventriculi, hepatis, aut lienis.

Hactenus de ſubſtantia vomitionis, nūc de accidentibus eiuſdem, primúmque de quātitate: abundans enim naturæ debilitatem & infert & oſtēdit: exigua minorem naturæ oppreſſionem; nauſea lentorem opprimentis humoris. Altera differentia eſt craſſities & tenuitas. Illa vel ardorem ſeroſum humorem euaporantem, vt in vitellina bile vel frigus compingens, vt in pituita mucoſa vitreáque teſtatur. Tenuitas cruditatem materiæ. Color proprium humoris vitioſi ſpeciem inſinuat qui alienus eſt, & à naturali mixtóque mutatus: indéque febrem vel crudam tantùm & longam, vel lethalem etiam. Albicans enim, flauus & porraceus cruditatem & periculum; niger & liuidus ab extinctione vel ab vſtione flauæ bilis, ſicuti æruginoſus & porraceus mortem declarat. Sapor vomitionis humoris vitioſi ſpeciem detegit, vt inſipidus pituitæ acidúſque: acerbus melācholiæ: dulcis ſanguinis: amarus bilis: acris & ſtipticus atrę bilis. Tempus denique vomitionis ante coctionem criſínque materię febriſ-

que

que prauitatem,& naturę debilitatem: poſt coctionem & per criſin robur vincentis naturæ & ægri ſecuritatem renuntiat, cuiuſcunque coloris & ſubſtantiæ vomitio fuerit.

De Sputi non naturalis differentiis.

Cap. XIIII.

SPVTVM Græcis πτύελον thoracis excrementum eſt optimè valentibus inſuetum, ideóque non malè, ſicuti & vomitus, in ſpecie videri poſſit, omninóque præter naturã; niſi quatenus vſibus naturę confert, & ſanationi affectuum thoracis. Sunt autem thoracis excremẽta duplicia: quædam pituitoſa, frigida ſcilicet humidáve, niſi ſalſa nitroſáve ex putredine, aut mixta bile euadant, quæ è cerebro deſcendentia fiſtulas pulmonis implent. Aliàs calida, ſcilicet portiuncula materię phlegmonarum internarum thoracis, vt pleuritidis, peripneumoniæ, anginæ, aſperæ arteriæ, aut diaphragmatis, aut vlceris eiuſdem pulmonis. Tenuior enim phlegmonarum iſtarum ſubſtantia per medias membranas transfuſa excipitur per inſpirationem dilatatis pulmonibus in patentia aſperarum arteriarum orificia, è quibus rurſum contractis violentiùs per expirationem validiorem pulmonibus adiguntur in aſperam arteriam & fauces: tandémque forìs exigũtur. Eſt autem ſputi ſpecies vna vocata peculiariter excreatio, quæ cum ſono

editur

editur,craſſa viſcoſáque materia è faucibus difficiliùs auulſa. Altera eſt πτύελισμος,id eſt ſputatio, quæ frequens eſt & perpetua humoris tenuis & liquidi,inſtar aquæ,expuitio in ore redundantis;vel ex vẽtriculo, eiúſque orificio humidiore:qualis accidit noctu ijs qui ſe largiùs vino obruerunt: vel è cerebro excrementoſo.

Sputi nomen commune eſt omnium ſpecierum: quod ſi crudum ſit πτύσμα Galeno propriè dicitur. Sputorum materia in vniuerſum eſt thoracis excrementum; cauſa efficiens eſt motrix facultas animalis thoracem per muſculos internos externóſque viciſſim deprimens attollénſque, qui thoracis motus duplex, inſpiratio,reſpiratióque dicitur. Cauſa inſtrumentaria eſt thorax ſuis muſculis inſtructus, pulmone, arteria aſpera, & diaphragmate. Harum cauſarum omnium concurſio, ſcilicet robuſtæ facultatis,expediti & liberi thoracis, & obſequentis materiæ expuitionem ſalutarem, breuémque ægritudinem denunciat:vnius contra, vel duarum cauſarum vitium expuitionem tardat & ſalutem.Itaque Hippocra.lib.2.prognoſt.cap.7. è quadruplici ſputi differentia vniuerſalia phlegmonarum thoracis tempora, cruditatem, coctionem,periculum, ſecuritatem,ſalutem aut mortem præſagit. Tametſi enim eadem ſit ſputorum in frigidis morbis obſeruatio, & ſignificatio, nihilominùs ab Hippocrate tota præſagiendi ratio inde ad calidos affectus transfertur.Sunt autem ſputi differentiæ omnes è ſubſtantia, tempore, modo,& calore ductæ.Quare optimum deſcribitur, quod citũ eſt, & intra primos quatuor dies:quod promptum

quoque

quoque & facilè; vt ſine multa tuſſi morâ & cunctatione procedat.Quę duę notæ ſunt robuſtæ naturæ & facultatis animalis,partium thoracis indolentiæ,& materiæ obſequentis,ob mediocritatem. Tertia nota,vt ſit ſputi ſubſtantia exquiſitè mixta ex bile & pituita, Quarta nota eſt, vt color eius ex albo & flauo æqualiter ſit mixtus; id eſt ſubflauus,vel ſubrufus: quæ eſt naturæ coquentis & exquiſitæ atque æqualiter inter ſe humores miſcentis functio.Huiuſmodi ergo ſputū breuitatē morbi & ſecuritatē ægri promittit ob diſſolubilem phlegmones materiam.

Secunda deſcriptio apud eundem Hippocrat. primùm quidem crudi: deinde lethalis: eſt enim quodlibet non naturale excrementum aut crudum tantùm, aut etiam prauum, ex contrariis eius differentiis. Tum temporis, vt quod non citum, ſed tardum ſit, vt vndecimo aut 14. die, idq́; ob materiam phlegmones reſolutioni ineptam prę craſſitie eius & lentore, vnde phlegmones diuturnitas ſignificatur, ægríque periculū, ſi vires deſint. Totum enim morbi ſpatium,quo nihil dum expuitur principium eius eſt,cuius cum reliquis temporibus, augmento ſtatúque analogia eſt & proportio. Tum modi, vt quod ægrè & cum multa tuſſi exigitur; idque vel ob idem materiæ vitium:vel ob phlegmonem inſignem, cruciantémque dolorē laterum,vel facultatis debilitatē: vndè phlegmones longinquitas & prauitas ſignificatur. Tum ſubſtātiæ non ſatis mixtæ, qualis eſt biliosa, pituitoſa, melancholica. Tum deniq; coloris ſynceri, qualis eſt flauus è bile vitellina abſumptó humore aquo-

ſo,qualis rufus, id eſt croceus, eadē bile mag s incenſa: qualis praſſeus & ęruginoſus,maioris vſtionis indices & febris ardentioris, vnde non cruditas ſola,ſed prauitas etiam ſignificatur.Niger & liuidus ab extinctione caloris; aut niger ſplendens ab vſtione bilis ſpecierũ exitioſiſſimũ ſignum eſt. Albus denique color cum mediocritate ſubſtantię, & viſcoſitatis;faciliq́ue expuitione,ſignum eſt perfectæ phlegmonarum ſuppurationis. At cum viſcoſitate magna pituitæ craſſæ, cuius figura euadit rotunda ob loci continentis,id eſt bronchiorum figuram, in quibus à calore eximio febris exaruit. Hæc autem ante febrem colligi ſolet non à phlegmone etiam œdematoſa deriuari. Sputum denique nullum lethale eſt,ſicuti multum ſæpiùs criticum. Spumoſum quoque fit ob bilis feruidiſſimæ caliditatem vel reſpirationis difficultatem præ thoracis impatibili dolore,vel facultatis deſperata debilitate,ideóque ſignum mortis ineuitabilis.

Quæ autem è naribus & palato prodeunt excrementa, interiorum capitis affectuum ſigna ſunt tùm diagnoſtica,tum prognoſtica. In his ergo cocta & optima ſunt habenda quæ colore mixto ſunt vel albo, ſubſtantia mediocri, leuíque & ſequaci. Cruda ſi nihil, aut ſi tenuia acriáve excernantur. Praua denique quæ prauo colore conſtant, vt liuido,viridi,nigro, vel ſyncero: odore fœtido. Hinc atri ſanguinis guttæ aliquot,& ſæpè è naribus ſtillantes mortis ſunt præcones.

De

De hæmorrhagiæ non naturalis differentijs.

Cap. XV.

HÆmorrhagia eſt aliquandò nomen commune cuiuſlibet ſanguineæ excretionis per quancunque partem corporis, vt nares, os, pulmonem, ventriculum, hepar, lienem, inteſtina, veſicam, hęmorrhoides, vterum. Aliàs apud Hippocr. proprium eius eſt quæ per nates fit, & copioſè tantùm. Omnis autem hæmorrhagia oritur à triplici venarum & arteriarum affectu, diaireſi id eſt diuiſione tunicarum ipſarum facta à cauſis vel vulnerantibus vel rumpẽtibus, vel erodentibus : ab anaſtomoſi præ imbecillitate tunicarum & ſanguinis vel copiâ, vel acrimoniâ quadam interiori: diapedeſi à debilitate & raritate tunicarum, & tenuato ſanguine, vt aquoſo & ſeroſo per hydropes. Omnis hæmorrhagia ex quacunque parte facta, excepto vtero, naturalis non eſt, quod ſanguinem retinere ſatius ſit. Sæpè tamen euadit naturalis & non noxia tum in ſtatu inſalubri, cùm qui febrem & ſanguinem fouebat euacuatur; & ſalubri quoque cùm aut redundans purúſque; aut vitioſus, vt acris, ſalſus, fæculentus excluditur. Ergo per febres acutas hæmorrhagia aliàs eſt critica & naturalis; aliàs ſymptomatica & contra naturam. Vtriuſque diſcrimen eſt è ſignis contrariis. Criticæ enim ſunt ſigna

ſigna leuatio febris,& ſymptomatum eius diminutio,& facilis tolerantia ægri. Tempus poſt coctionis vrinarum ſigna, & dies criticus. Regio vt fiat per partem reſpondentem ſedi febris & ſecundum rectitudinem, vt in ſynocho & plethora per nares vtraſque. In hepatide per dextram; in ſplenitide per ſiniſtram narem: ſubſtantia mediocris colórque ſimilis exuberanti ſanguini, vel puriori, vt in vera phlegmone, aliquando impuriori, vt in phlegmone œdematode, eryſipelatode, & ſcirrhode. Symptomaticæ hæmorrhagiæ in febribus acutis propria nota eſt, quòd intēpeſtiua ſit, ante coctionem vrinarum, naturæ actionum œconomia violata, & ad excernēdum priuſquàm coxerit, & die non critico prauitate morbi ſollicitatæ. Altera nota eſt quòd per viam aut naturæ non conſuetam, aut non ſecundum rectitudinem fiat. Via quidem non naturalis eſt os ſiue ex pulmone, ſiue ex ventriculo ſanguis prodeat; ſempérque venarum aut exeſionem aut ruptionem, aut apertionem ſequitur; idque vel à redundante, vel à vitioſo acríque ſanguine. Naturalis & conſueta ſurſum quidē eſt in ſanis ægríſque nares, dum natura ſeſe exonerare ſtudet, vel multitudine, vel vitio ſanguinis. Vide aphor. 27. lib. 3. de puberum hæmorrhagia. Sicuti deorſum vterus mulierum, & hæmorrhoides virorum quorundam. Nam ex inteſtinis plerunque nō vtiliter prorumpit, vt in dyſenteria, & hepatis imbecillitate, (excipitur dyſenteria hepatica) ex veſica nunquam vtiliter emanat. Vide de his naturalibus viis, & cōtrà aphor. 25. lib. 4. vbi Hippocr. hæmorrhagiam per os factam ſimpliciter vituperat, quæ per vterum &

hæmorrhoidas fit, præfert. Tertia nota eſt quòd nõ reſpondeat aut febri, aut phlegmones ſpeciei; ſed alius à vitioſo humor excernitur magna ægri debilitatione, & ſine leuatione ægritudinis. Quarta nota eſt à quantitate, quæ ſi immodica eſt, non ſolùm quæ ſymptomatica eſt, ſed etiam quæ critica eſt, noxia eſt, à qua calor viſcerum diſperditur, coctiones labefactantur, lienteria & diarrhœa conualeſcentibus commouetur Vide aph. 27. lib. 4. At quæ exigua nimis paucáque eſt ſi critica morbum protrahit ex imperfecta criſi; ſi ſymptomatica vt quæ ſæpè & ſtillatim è naribus emanat ante coctionem, exitioſa eſſe ſolet, & naturæ fatiſcentis index. Hippocr. 3. cap. 3. epid. text. 72. & 73. multorum meminit qui à grauiſſimis febribus per hæmorrhagiam liberati ſunt: multorum contra qui ab eadem parciore ſublati. Quinta nota eſt à calore, qui ſi alienus ſit à ſanguine peccante malum ſignum eſt, perturbatæ à morbo prauiſſimo naturæ. Sed qui niger eſt omnium exitioſiſſimus cenſendus. Sic in 3. primi epid. tex. 16. à nigra hæmorrhagia phtyſicus quidam interiit.

IOAN.

IOANNIS

HVCHERI, DE PROGNOSI MEDICA,

LIBER SECVNDVS.

PRÆFATIO.

HACTENVS *virium naturæ morbique ſigna omnia ex cauſis eorundem proximis remotiſque effectibus, atque ex iuuantibus & nocentibus enarrata ſunt. Proxima eſt igitur prognoſcos medicæ de febrium acutarum ſpatio, exitu, exitúſque tempore & ſpecie exercitatio, e ſignis epigenomenis dictis inſtituenda. Aliud enim pathognomonicorum genus eſt morbum quemlibet naſcentem creſcentémque, & vigentem & declinantem ſemper comitantium, neque vnquam ſuperſtitem illum deſerentium, cùm eſſentiam conſtituant. Huiuſmodi ſunt tuſſis, diſpnœa, febris & ſputum inſeparabilia & eſſentialia pleuritidi ſigna. Epigenomena autem genitis tantùm morbis citiùs ſeriúſue plura, vel pauciora, grauiora vel clementiora*

Digitized by Google

ſuperuenire ſolent. Súntque proprij naturæ morbique effectus antea enumerati. Itaque horum ſunt tria genera: alia cruditatis & coctionis: alia ſalutis & mortis: alia denique criſeos & ſigna & cauſæ. Primum genus illud in excrementis verſatur, vrinis, fæcibus, ſudoribus, ſputis, vomitionibus, hæmorrhagijs, quæ partium quarum propria ſunt, conſtitutionem verè certóque demonſtrant: veluti vrinæ venoſi & arterioſi generis in febribus acutis primarijs, ſputa partium thoracis: deiectiones inteſtinorum, partiúmque abdominis depreſſiorum vomitus ſublimiorum & ventriculi ipſius. Eadem ſi communia ſunt incertam de febris vrgentis exitu cõiecturam pariunt, vt vrina in phlegmonis thoracis. Eorundem tamen obſeruatio ſignis proprijs iungenda eſt, quòd phlegmonis eiuſmodi adiuncta febris ſit. Alterum epiginomenum ſignorum genus tripertitum eſt tùm in functionibus animalibus, vitalibus & naturalibus: tum in habitu, tum denique in qualitatibus externis corporis ſparſum. Excrementa quidem quò magis cocta ſunt magiſque naturalibus ſimilia ſalutem citiùs, certiúſque promittunt: cõtra quæ crudiſſima ſunt & naturalibus diſſimillima mortem. Quoties ea ſcilicet aut tota ſubſtantia, aut quantitate, aut qualitate, vt odore & colore ab iiſdem alieniſſima, quale eſt ſputum liuidum, nigrum, æruginoſum, fœtidum, quales ſunt vrinæ & deiectiones pariter vitiatæ & deprauatæ. A febricitantium autem functionibus corporúmque accidentibus ſalutis mortiſque ſigna neque fida, neque infida prorſus excipiuntur, ſed ex ijs quædam ſimpliciter bona, quædam ſimpliciter mala habenda ſunt. Illius generis ſunt conſtantia mentis, reſpirationis facilitas, appetentiæ integritas, facilis febris tolerantia, pulſus bonus,

nus, facies ſani faciei ſimilis, decens decubitus, cruribus & brachiis, totóque corpore mediocriter inflexo, totius corporis æqualitas, párque caliditas, hypochondria mollia, & viſcerum tumore vacua, ſomnus nocturnus, vigiliæ diurnæ. Huius generis ſunt omnia contraria, vt ab habitu facies cadauerosā, temporibus collapſis, fronte arida, facie eadem ſquallida & plumbea, ventre inani & ad ſpinam appreſſo. A functionibus vt ſpiratione difficili, ægri inquietudine, faſtidio, vt ſomnus diſtentis vel proiectis cruribus non leniter inflexis, & reſupinus, non in latus. Decubitus ſæpè mutatus crebríſque manuum, brachiorum, crurúmque iactationibus interruptus, ſtridor dentium inter dormiendum inſuetus, obmuteſcentia, aut tumultuoſa loquentia. Ab habitu vt moles corporis primis diebus confecta ſine cauſarum euidentium graui offenſione, vt vomitionum, deiectionum, ſudorum, hæmorrhoidum: ſiue obſcurarum etiam vacuationum, vt indiæ, vigiliæ, & vehementis motus. Vt puſtularum & tuberculorum ſubita deliteſcentia. Vlcera malè colorata vt liuida, vel nigra, vel ſicca etiam. Corporis moles nihil tabeſcens, ſudores frigidi, fœtidi: vt oculi valde caui, caliginoſi, lacrymoſi, conuulſi ambo & tremuli, magnitudine inæquali: altera parte rubeſcente, oris obliquitas & partium peruerſio ex conuulſione præ vicini cerebri, aut menyngum inflāmatione. Vt dentium nigrities & ſiccitas, ob vaporum vſtorum fuliginem, vt extremorum artuum tremor, conuulſio, frigus, & liuor fatiſcente calore. A functionibus denique, vt vitali ex pulſu languido, vermiculante, formicante, intermittente, lypothimia, ſyncope: animali, vt eſt delapſio decumbentis ægri in pedes, totius corporis inertia & difficultas motus, tremor,

ſtupor, conuulſio partium præſertim ſuperiorum: excrementorum inuoluntaria reiectio, hebetudo ſenſuum, ſomni turbati aut nimis profundi. Mitto plura eius generis prognoſtica ſigna ab Hippocr. commemorata. Cæterum priora duo iſta ſignorum epigenomenum genera variè inter ſe diſcrepant. Coctionis enim ſigna quouis febris tempore bona certáque ſunt, (comite conſtantia) certámque promittunt ſalutem, non tamen per criſin ſemper: (ſæpè enim longus morbus coctione ſenſim ſoluitur) tantóque breuiorem ægritudinem & ſalutem viciniorem, quantò citiùs emerſerint. Contra cruditatis ſigna in principio febris nihil boni malive oſtēdunt: ſed in augmento & ſtatu viribus robuſtis difficilem criſin: iiſdem infirmis mortem, ſempérque deteriora, febrémque diuturniorem portendunt quò diutiùs prorogātur. Signa ſalutis & coctionis eadem ſunt. Signa mortis à cruditatis ſignis magnitudine ſola diſſident: quòd hæc crudiſſima ſint, & naturalibus, vt antè dictum eſt, diſſimillima; ideóque mortem vel inſtantem vel paulò tardiorem pro ſigni varietate inſinuant. Tertium denique ſignorum genus epigenomenum eſt criticorum, quæ ambigua quidem ſunt, tantúmque tēpore diſtinguntur. Semper quidem decernunt: ſed benè, ſi tempeſtiuè: ſigniſque prægreſſis coctionis, & conſtantibus ægri viribus vt in fine ſtatus: malè, ſi intēpeſtiuè vt principio & augmento. Quibus quòd integra coctionis ſigna deſint funeſtam febrem debili virtute potiùs quàm ſalutarem, vel recidiuam eadem valente, præſagit. Atque hæ ſunt criſeωn cauſæ. Non critica ſigna ſunt criticarum vacuationum, vt hæmorrhagia, diſpnœa, cephalalgia, tumor colli, rubor faciei & oculorum & ſic de alijs. Signorum epigenomenum cruditatis

tis & coctionis, ſalutis & mortis vires antea clariſſimè expreſſæ ſunt. Iam de criſeῶn & criticorum dierum differentiis, breuiter tranſigendum eſt, vt critica ſigna deinceps cauſaq́; ad artem quam meditamur prognoſticam de febrium acutarum exitu reuocentur.

CAP. I.

EST autem criſis ſubita magnáque in febribus acutis mutatio: Eáque quadruplex. Vna optima ad ſalutem: altera peſſima ad mortem. Tertia ad meliorem ſtatum; quarta ad deteriorem. Quę optima eſt ſimpliciter criſis per antonomaſiam vocatur. Reliquæ cum epitheto adiuncto: vt quæ repentè interimit peſſima dicatur. Reliquæ duæ vel bonæ vel malæ tãtùm & imperfectæ. Criſeos vox in morbis metaphorica eſt, & à forenſi cõſuetudine tracta: vbi poſt auditos teſtes loquaces vel mutos, vt tabellarum lites à iudice dirimuntur: magno interim litigantium actoris, reique terrore, ne ſua cauſa cedant. Sic ægri morbíque conflictus dum à natura dirimitur; magnis grauibúſque ſymptomatis perterriti idiotæ ægrum quaſi capitis reũ condemnari putant. Ideóque mutationem hanc repentinam & vehementem criſin vocare ſolent. Quod vulgi nomen à Medicis quoque vſurpatum. Sunt autem ſymptomata illius conflictus bipertita: Quædam critica ſimpliciter & inſtantis criſeos prognoſtica, quæ incipientem naturæ morbíque pugnam coctorum humorum ſecretionem comi-

tantur: ab emiſſis quoquouerſum humoribus, eorúmque vaporibus excitata. De quibus Hippocr. li. 2. aph. 23. Huiuſmodi ſunt in cerebro vigilia, ſomnolentia, vertigo, ſplendores oculorum, cephalalgia, deliratio, furor, vociferatio, ſtupor ſenſuum, diſpnœa, ſitis, ęſtus, lachrymę, ceruicis, ſtomachi, aliarúmque partium ſublimiorum dolor. Alia critica ſunt ſigna & cauſæ criſeos, quæ pugnæ finem ſequũtur; ſúntque vacuationum omnium differẽtiæ, quibus ſubactus humor noxius, victúſque excludi è corpore ægrotantis poteſt. Talis eſt vomitio, hæmorrhagia, ſudor, mictio, deiectio alui, ſputum.

Quæ igitur optima eſt criſis (hæc enim ſola definienda eſt, cuius exemplo reliquæ ſpecies facilè internoſcantur) his tribus conditionibus conſtat; ſalute, ſecuritate, & conſtantia: vt ſit ſalutaris, tuta & fida, ſalutémque protinùs reſtituat, ſine grauiorum ſymptomatum & recidiuæ metu. Criſeos optimæ cauſæ ſunt effectrix vna, robur ſcilicet expultricis naturæ facultatis; aliæ ſine quibus non (quæ eius etiam ſigna poſſunt eſſe) ex quibus vna eſt tùm vniuerſale morbi: tum particulare diei. Illud eſt vigoris finis poſt percoctam febris acutæ naturam. Prioribus enim temporibus eadem aut cruda eſt omninò, principio, aut manifeſtè, ſed imperfectè cocta vt incremento, & prima ſtatus parte. Deterior ergo & imperfectior criſis eſt quæ à fine vigoris longior; quo ſolo optima contingit poſt coctionem perfectam: idéoque periculi nihil à morbo tũ proferri poteſt, niſi quis error interuenerit; aut nouus morbus ex aliis crudis humoribus, cui mors ſuccedere poſſit, ceſſantibus coctionis ſignis. Reli-

quæ

quæ ſpecies criſeos aliis temporibus præter ſtatum accidunt; vt quæ in meliorem ſtatum mutatio eſt, in augmento vel initio vigoris, dum imperfecta etiamnum coctio eſt: ſed quæ in deteriorem fit ſtatum ſæpius incremento, aut principio vigoris natura ad pugnam intempeſtiuam morbi iniuriâ & naturæ prauitate laceſſita. Peſſima autem & lethalis omnibus temporibus pro grauitate morbi maiori vel minori, ſed tum pro coctione cruditatis ſigna apparent. Tempus particulare dies eſt criticus & impar, ex aphor. Hippocr. 6. lib. 4. dum enim paribus diebus criſes incidunt rediuiuus renaſcitur morbus, ſignúmque eſt præcipitantis & labeſcentis naturæ impellente materiæ morbificæ vel copiâ vel prauitate; vnde cogatur maturare aut differre pugnam, aut excretionem. Altera cauſa ſine qua non, coctio eſt vacuatióque manifeſta; ſine qua infida eſt ſymptomatum morbi leuatio apud Hippocr. lib. 2. aph. 27. ſolétque morbus ſine excretione naturali vel artificioſa leuatus paulò poſt recrudeſcere. Talis eſt in febre ardente ſubita ſitis extinctio ſine vacuatione: talis appetentia repentina ex faſtidio: talis denique ex vigilia cõtumaci, ſomnolentia, imminente caro. Cùm enim criſis morborum humoralium ſit propria, humorúmque preſertim putreſcentium & febrilium: illi quidẽ quandiu crudi ſunt, & mala qualitate vitioſi euacuari nõ poſſunt; niſi priùs toti cõcocti & ſubinde ab vtilibus ſecreti ſint, vt expellantur. Coctio autẽ ea non eſt ſubſtantiæ humorũ mutatio in ſubſtãtiã, ſcilicet qualitatis malæ & putridæ in aliã benigniorẽ, mi-

núſque naturæ moleſtam. Ideóque cùm alere non poſſint humores illi cocti, naturæque ſint onus ſuperfluum expelli eos è corpore neceſſe eſt. Alia cauſa ſine qua non, eſt ſubſtantia conueniens excretionis, vt ſit eadem & ſuccorum morbificorum, ſicque talia purgentur qualia oportet, ſequente morbi leuatione, ex Hippocr. aphor. 23. lib. 2. Alienorum autem ſuccorum excretio non ſolùm imperfectam, ſed ſæpè etiam malam criſin oſtendit, efficítque (grauiter violata natura) eiuſdem ſubſtantiæ idonea copia eſt neceſſaria, non deficiens. Nam quæ relinquuntur in morbis reciduas facere ſolent, éſtque ſemper imperfecta criſis & damnata Hippocr. lib. 2. proreth. comment. 1. natura ſcilicet vel debili, vel materiâ prauâ crudáque eandem atrociùs violante, neque exuperans quæ vires diſſoluit. Subſtãtię etiam qualitates ſenſiles requiruntur, vt naturalibus ſint ſimillimæ. Non ſit ergo color ſyncerè flauus nigérve, ſed mixtus. Non ſit odor fœtidus, neque habitus aut tenuis aut craſſus nimis. Locus denique excretioni idoneus magis eſt vnicus quàm multiplex. Ille validam naturam perfectámque criſin & facilem, hic difficilem oſtendit. Inferior quoque ſuperiori melior eſt (adiuto naturę conatu humoris grauitate.) Loc⁹ deniq; κατ' ἶξιν reſpondere debet parti laboranti, & inflammatæ; vt hepati, hęmorrhagia naris dextræ: lienis ſiniſtræ: mediis partibús corporis, vtriuſque naris.

Altera ſpecies criſeos fit κατ' ἀποστημα per translationem humoris morbifici à ſede ſua ad alias partes; quarum particulas vbi collectus eſt, abſcedere cogit, vnde tumor fit apoſtema, id eſt abſceſſus dictus.

ctus.Porrò tranſlatio hæc aut latens eſt & obſcura in partes interiores;vt dum angina in peripneumoniam; pleuritis in eandem, vel empyema repentè degenerat:intermittens febris in continuam & cōtra. Aut euidens & manifeſta in partes externas eáſque plures; vt in ictero febrium continuarum critico:vel vnicam,vnde parotides iuxta aures,bubones in axillis,& inguinibus,aliæque abſceſſuum criticorum ſpecies. Hæc verò criſeos ſpecies vix optima eſſe poteſt:cum expulſus in partem humor nouum morbum pariat.Bona tamen eſſe poteſt,licet imperfecta,nec morbum planè ſoluens.Huiuſce ſpeciei eædem ſunt cauſæ,quæ prioris ſpeciei & optimæ ſunt expoſitæ: tum effectrices ſcilicet facultas naturæ expultrix robuſta; tum ſine quibus non:ex quibus tempus eſt duplex.Prius finis vigoris eſt,ante quem non poteſt eſſe tempeſtiua & perfecta adhuc humorum excretio, & præterea dies criticus. Poſterius eſt durationis abſceſſuum criticorum, quorum ſenſim facta digeſtio vel ſuppuratio expetenda erit;cùm repentina eorum deliteſcentia ſæpius ſit pernicioſa, oppreſſis partibus nobilioribus.Materia tranſlationis criticæ ſecunda cauſa eſt ſine qua non,in qua primùm exigitur vt eadem ſit cũ humore qui foueat febrem, ſiue ſimplex ſiue mixtus ſit,non ab eodem aliena quæ præcipitantis naturæ & debilitatæ morbi prauitate ſit index;deinde vt idonea quãtitate & qualitate ſit,& in locum conueniẽtem depoſita.Quantitas ex magnitudine abſceſſus externi diſtinguenda eſt: exuperans enim ſuffocato calore partis gangrænam ſæpè accendit,deficiens vitioſi,relicti intus humo-

tis

ris prioriſque morbi & ſymptomatum reliquiarum index ſit ex imperfectiore criſi. Qualitas abſceſſuũ quò melior eſt vel color ruber & mollities meliorem criſin, ſicuti niger color & durities peiorem portendit. In loco exigitur primùm diſtantia. Cùm enim abſceſſus prioris morbi ſecundo vicinior eſt ſæpè in eundem retrocedit debili expultrice facultate à qua etiam longiùs amãdari non potuit. Hinc carbunculi ambitus vnguento de bolo obducitur, ne intro remeet. Ipſe quoque ſicuti & peſtilẽs quilibet, talitérque venenatus appoſito cauſtico foras euocari ſolet. Deinde loci ignobilitas requiritur. Is enim ſi æquè præſtans vt prior morbi ſedes, vel etiam præſtantior fuerit qui abſceſſus materiam excipit priori æquè graue, aut grauius etiam malũ ex abſceſſu critico futurum eſt, criſiſque hæc omnino mala. Hinc aphor. eſt 25. lib. 6. eryſipelas foris intrò cõuerti, malum: intus verò foras, bonum. Ex quo particulari exẽplo generalius exemplũ de hac criſeos ſecũda ſpecie eſt audiendũ: optimã nempè eſſe tranſlationem materiæ, morbique à partibus internis ad externas; quæ ignobiliores ſunt. Ideóq; damnatur anginæ in peripneumoniam conuerſio, ex qua ægri ſeptem diebus moriuntur aut purulẽti euadunt. Si enim pleuritidis in peripneumoniam mutatio accidit malis ægri rebus aphor. 11. lib. 7. & in empyema aphor. 8. lib. 3. poſtremò ſitus loci decliuior & inferior; ſunt enim partes infimę ſummis ignobiliores.

CAP.

De dierum criticorum differentijs.

Cap. II.

DIES quoque critici multum conferunt ad futurum morbi acuti euentum præſagiendum. Eſt autem diei nomen pro ſpatio 24. horarum audiendum in morbis acutis quibus intermittẽtis circuitus reſpõdet, ideò 7. diei tertiana continua reſpondet apud Hippocr. 7. eiuſdem intermittentis circuitus. κρίσιμοι vel critici dicti ſunt à criſi id eſt ſubita mutatione in morbis, cuius cùm ſpecies aliqua (ſunt enim quatuor ante expoſitæ) quouis die poſſit accidere nullus non erit criticus. Dicuntur tamen ſoli critici κατ' ἐξοχὴν in quibus frequentiores & meliores accidunt criſes. Reliqui non critici, in quibus aut non bonæ, aut rariùs accidunt. Dierum criticorum vis eſt, vt non efficiant quidem criſin, eſt enim eius effectrix cauſa ſola naturæ facultas expultrix; ſed vt ſignificent tantùm cõſtantiam, vel inconſtantiam tum criſeos tum cauſarum eius duarum quæ ſunt expulſio & tranſlatio cum ſuis differentiis, tum ſignorum criticorum ex perturbatione humoris eodem die expellendi contingentium. Nam quæ perfecta eſt ad interitum quocunque die conſtans eſt, reliquę ſpecies diebus tantùm criticis certæ fidæq́ue ſunt: iiſdem non criticis incertæ, infidæ, inſtabiles, vt neque confidendum ſit illis ſi bonæ appareant, neque rurſus ſi malæ diffidendum. Vis autem illa ſignifi-

catiua criticorum dierum tum experimento tum ratione demonſtratur. Ad illius veritatem tria requiruntur. Primum eſt, vt primus dies moibi medicum non lateat; qui generatim eſt quocunque æger conſuetas actiones, aut munera intermittere cogitur. Priuatim autem eſt acutorum morborum qui è ſanitate repentè emergunt primus. At longorum quocumque æger cœpit recumbere poſt neutrum ſtatum cum aliquot leuioribus ſymptomatis prægreſſis, vt laſſitudine ſpōtanea, faſtidio cibi, cephalalgia, ſomnolentia, vel peruigilio. Secundum eſt vt criticus dies artificioſè deſignetur, & vi ſymptomatum & ſignorum criticorum præcedentis quaternarij indicatione, initio & fine criſeos quæ aliàs vno & eodem die abſoluitur; aliàs in duos vel tres dies trahitur. Tertium vt error omnis abſit ægrorum, miniſtrorum aſſidentium & fortunæ à quibus fallax fit iudicium. Ratio autem eſt ex naturæ vi quæ quod conglutinauit opus id eſt corpus humanum non deſerit quandiu poteſt, ſed quàm longiſſimè conſeruat ratis ſuis, conſtantibus, & ordinatis motibus. Quod ex animalibus vitalibus, & naturalibus eiuſdem functionibus vitam noſtram diſpenſantibus intelligi faciliimè poteſt.

Porrò ordo hic, cùm vniuerſitas conſtet ſubſtātiis tum cœleſtibus tum elementaribus, non ab elementari materia mutabili inſtabilique & perturbationis & confuſionis plena, ſed à ſyderum conſtanti natura temeritatis & fortunæ experte, quorum princeps quidem Sol ab oriente ad occidētem properans diem, lucis ſuæ diffuſione, & noctem terræ interpoſitione diuidit. Quatuor quoque anni

ni partes ver,æſtatem,autumnum,hyemem acceſſu & receſſu ſuo à ſolſtitiis brumiſque aëris mutatione temperat. Sicuti Gal.lib.3.de diebus decretoriis cap.2.diſſerit. Sic Luna annuum ſolis curſum menſtruo ſpatio conſequitur pro vario ad Solem à quo colluſtratur aggreſſu digreſſúque ſuo variáque luminis participatione, ſicuti ille annum, ſic hæc menſem dimetitur. Sunt enim pariter quatuor eius mutationes:duæ magnæ. Vna cùm latet ob coitum ſuum cum Sole:altera cùm tota lucet ob longiſſimum ab eodem habitum. Duæ minores cùm dimidiata lucet creſcēs decreſcénſque,ex quibus vna quæque 7.diebus conſtat, indéque totum eiuſdem ſpatium 28.diebus. Mutantur quoque ęgrotantium corpora per morbos acutos inſigniter ſeptenis diebus qui inde critici dicti ſunt ob criſes & mutationes inſignes illas, non ita tamen vt hic criſeon & mutationum ordo à numero ſeptenario aut diebus ipſis defluat,ſed potiùs à ſolis naturæ noſtræ ordinatis motibus, lunæque ſimilibus, quòd ea dum æmulatur rectè,munera ſua obire iudicatur. Accidit enim in ſingulis Lunæ quadris & hebdomadibus luminis Lunæ & aëris mutatio magna: ſicuti coniicere licet ex arborum cædendarum opportunitate, frugum ſeminatione & meſſe,piſcium marinorum eſculenta ſubſtantia, muliebribus menſibus,maritimis æſtibus,vindemiis faciendis, grauiditatibus & partionibus, ſomno denique longiore ſub Lunæ radiis, vnde pallida facies effingi ſolet. Ita non obſcuræ ſed illuſtres corporum noſtrorum & ægritudinum mutationes quarto cuiuſcunque hebdomados die accidunt. Quare criticorum die-

ium

rum vires ab ordine mutationum Lunæ ſignificantur, quos natura in corporibus bene valẽtibus imitatur, non autem à Lunæ motu excitantur, qui inæqualis eſt & modò citatior ad inferiorem epicycli partem, modò tardior ad ſuperiorem. Dies contra critici ſemper ſunt idem, quinetiam omnes morbos oporteat in nouiluniis inchoari, vt diei 7. dimidia Luna; 14. plena reſpondeat, cùm tamen morbi omnibus horis & diebus ægros inuadant. Itaque Hippocr. non ad ſydera, ſed ad naturæ morbique motum diebus imparibus lib. epid. 1. & 3. referendum eſſe docuit, ſicut & Celſus ad conſuetos naturæ numeros. Poſtremò malas criſes, ſicuti dies infauſtas non à ſyderibus vllis maleficis aſcribendos conſtat, cùm loco bonitatis pleno ſint affixa, conſtentque ſubſtantia ſimplici, & ætherea & à qualitatibus contrariis non ſint conflata, quæ potiùs vitali ſuo calore & luce plantis omnibus, & animalibus proſint. Hoc argumentum Andræas Laurentius rei Medicæ nuper apud Monſpelienſes noſtros profeſſor pręclariſſimus; nunc verò valetudinis Regiæ vigilantiſſimus & fortunatiſſimus cuſtos, quẽ honoris cauſa nomino, accuratiſſimè preſſit, repreſſit in ſuis criticis, & ingenioſiſſimè elaborauit.

CAP. III.

SVNT igitur ex diebus alij critici, alij non critici. Illorum differentiæ ſunt tres. Prima iudicantium, qui ſimpliciter critici vocantur κατ' ἐξοχὴν, in quibus ſcilicet frequentiſſimę & optimæ ſæpiùs criſes fiunt: qui omnes ſeptenario circuitu

cuitu dierum definiuntur ad 40. vſque diem; poſt quem circuitus ſinguli tribus ſeptenariis conſtant, illique ante 20.diem potentiſſimè iudicant. Sed poſt hūc multò imbecilliùs, fractâ eorum iam violentiâ. Sunt igitur illi ſeptimi dies primis duabus hebdomadibus per διαζεύξιν numerandi, vt diuerſus dies ſit deſinentis primæ, & incipientis ſecundæ. Sed contrà per συναφίαν, vt idem dies ſit finis prioris, & initium ſequentis. Sunt igitur illi vt ſeptimus, 14.20.27.34.& 40. Archygenes tamē integros dies omnes numerauit, 21.28.31.35.& 40.in verè criticis computauit. A quo tamen Hippoc. Diocles, & Galenus diſcreparunt, qui non integros dies numerandos eſſe docuerunt. Sic enim ſolem annuum curſum ſuum 366. horiſque duodeuiginti conficere. Sic Luna menſtruum ſuum ſpatium ab vno congreſſu Solis ad alium 30.diebus non integris decurrere (deficientibus horis 12.) indicātes ſiue contemplabiles dies ſunt à quibus præmonſtratur criſis futura, qui ſunt cuiuſque hebdomadę medij, ſiue quaternarij: ita dicti quòd tum ſigna critica, id eſt grauia ſymptomata commoneant, tum vacuationis criticæ ſpeciem exhibeant vt ſudoris, hæmorrhagiæ, &c. Criſeos quoque conditionem bonam vel malam portendant adiunctis ſignis coctionis vel cruditatis. Sic apud Hippocr. l.4. aphor. aphor.71. apparens in vrinis nebula nigra mortem eodem ſeptenario niſi anteuertat eum ſextus dies acceſſionis violentiam natura debili non ferente. Sunt igitur illi 4.11.17. quorum vires poſt vigeſimū, exoleſcunt fatiſcente morbi violentia.

Alij ſunt intercidentes ex numero coindican-

tium; ſed ex accidenti & contra naturam, vel ob aliquam cauſam externam, vel ob acceſſionis violentiam naturam ad intempeſtiuam pugnam cogentis: vel ob errores aliquos, ob quos bona criſis differtur. Vel denique ob naturæ infirmitatem aut robur pugnam anticipantis, ad ægri ſalutem, vel tardantis ad interitum. Illi poſt 20. diem omnino languеſcunt. Differunt igitur à iudicantibus, quòd in illis plurimę & facillimæ criſes edantur, in his paucæ, difficiles, & cum grauitate ſymptomatum. Illi ſunt vt *3.5.9.15.19*.&c.

Dies denique non critici ſunt quibus non oſtenditur neque editur criſis vlla, niſi rariſſima, ſæpiúſque peſſima, aut nulla, aut imperfecta. Huiuſmodi ſunt ante 20. diem primus, 2.6.8.10.12.16.18. Sicuti inter 20. & 40.22. 26. &c. de illis diebus criticis & indicantibus atque intercidentibus lege aphor. 24. lib. 2. & 36. libri. 4. Hactenus conſtare poteſt dierum criticorum indicatricem vim diuturnâ veterum experientiâ, perceptam exploratámque eſſe non ſcientia vlla demonſtratam, excepto vno Galeno qui rei per ſe obſcuriſſimæ rationis probabilis magis quã veræ lucem aliquam ex ipſo Lunæ ſinu ſpargere Promethei inſtar conatus eſt. Eorum enim vis dignitáſque his conditionibus conſtituta eſt. Quòd multos & frequenter abſoluant: quódque bonas criſes plurimas, perfectas, fidas, tutas & antea indicatas ſubitáſque excretione potiùs quàm abſceſſu commoueant. Sunt autem perfectæ quæ ægros à morbo prorſus expediunt; fidæ quæ recidiuis carent; tutæ quæ magno & ancipiti conflictu non obeuntur. Indicatæ quarum præcedente quaternario

rio aliquod criticum ſignum prius apparuit:vel coctionis nota,vel excretio aliqua, vel pariter ambo. Igitur dies harum conditionum complures ſortiti fuerint dignitate priores erunt;& poſt hos alij grâdatim : vt pluribus vel paucioribus deſtituuntur: vel ſi omnes etiam aſſequuti videantur;viribus tamen ab aliis ſuperantur. Magna enim eſt dierũm plurimos tutò & fideliter iudicantium latitudo. Indices verò dies ſic dicti ſunt , quòd non ſolùm decernendi vim habeant ſed prænuntiandi etiam criticum motum proximo ſeptenario futurum. Súntque meri dies cuiuſq; hebdomadis, vt quartus primæ,vndecimus ſecundæ,decimus ſeptimus tertiæ. Vt autem in criticis iudicandi vis valdè diuerſa eſt: ſic inter indices aliis minor,aliis maior vis obtigit. Maxima enim laus eſt & virtus quartæ , mox vndecimæ.Neque bonas tamẽ criſes,ſed malas quoque indicandi facultate præſtant. Quæ enim prauę indicationes fuerint mortem ægri aliquando ſeptima;ſæpiùs ſexta,vel octaua maturans. Eſt denique in intermittentibus febribus periodi eadem vis indicatrix,quę diei in acutis vt quarta periodus quartæ diei,indicandi vim habeat, vt ſeptimæ ſeptima. Sunt autem numerandi dies, vt ante dictum eſt , à principio morbi ; cùm iam manifeſta & ſenſibilis actionum læſio ægrum inuaſit. Ergo in mollioribus leuiora ſymptomata pro morbi principio ducenda non ſunt , neque in durioribus naturis ambulatio perſeuerans ſine decubitu coacto,ſęd ſenſibilis tamen functionum læſio ſi ad ſe ſanos ægri reuocentur:eorumque conſuetæ functiones cum præſentibus læſiſque conferantur.

Cap. IIII.

PRognosis medica febrium acutarum triplex omninò eſt;tum de earũ exitu felici vel infelici,ſalutari vel funeſto;tum de tempore : tum denique de modo exitus. Prima illa prognoſeos ſpecies ex ſignis ſalutis & mortis,quod genus paulò ante expoſitum eſt,rectè & conſtanter conformatur. Altera ſpecies de tempore ſignis peculiaribus inſtituenda eſt. Tempus autem eſt in morbis,ſicuti ætas in animalibus,ſpatium id temporis, quo inſigniores & manifeſtiores in illis mutationes contingunt;quę cùm annotentur quadruplices totidem earum tempora,quaſi partes,diſtinguntur; principium, augmentum, ſtatus, & declinatio; ſed ſalubrium tamen.Lethales enim declinatione vniuerſali ſemper carent:ſæpè etiam ſtatu cùm in augmento ęgros rapiunt,nũquàm principio.Illa quoque aliàs vniuerſalia ſunt & vniuerſæ ægritudinis tempora , quibus tota eius conſtitutio ſpatiúmque conſtat. Aliàs particularia , & ſingularum febris acceſſionum propria. Porrò vniuerſalia illa certo dierum numero definiri non poſſunt,tùm quòd variæ ſint morbi ſpecies:tum ob cauſarum eiuſdem, & ſymptomatum , virium quoque ægrotantis naturæ, ætatis,ſexúſque varietate,vnde varia percurrunt ſpatia. Morborum enim quidam ſunt acuti, quidam longi.Illorum etiam non eadem eſt vehementia & latitudo; cùm acuti ſimpliciter dicti decimo quarto die finiãtur. Alij ante hoc ſpatium deſinant

ſinant vt ſeptimo, nono, vel vndecimo die, & peracuti ſimpliciter vocantur. Aut etiam quarto die, qui exactè peracuti vel perperacuti nuncupantur. Alij ſupra decimum quartum diem producuntur ad vigeſimum (acuti non ſimpliciter vocati.) Alij vigeſimum ſuperant, & ad quadrageſimum (acutorum vltimum) aliquando protrahuntur; & ex decidentia acuti dicuntur. Longorum ſpatium vltra quadrageſimum diem ad ſexageſimum, aut octogeſimum, aut centeſimum, aut centeſimum vigeſimum, aut ad ſex etiam menſes vel à pueritia ad pubertatem, vel ad totam etiam vitam propagantur. Sed tamen in perperacutis non omnia tempora ſenſile ſpatium occupant: quinetiam accidit vt principij tempus, augmentique ſenſum fugiat, ſtatimque ad ſtatum morbus properet. Cauſæ quoque coniunctæ febrium immutant ſpatia ad vtrumque caſum mortis & ſalutis: vt enim calidi humores (ſanguis biliſque) illa contrahunt: ſic frigidi, craſſi, lentique vt pituitoſi; vel duri, vt melancholici; ſiue ſynceri, ſiue mixti ſint, atque impliciti vel confuſi, eadem tardant differúntque. Sic ſymptomata grauiora accelerant, remiſſiora contra. Vires denique ægri, (ex natura, ætate, ſexúque & victu explorandæ) firmiores citiùs ſuperabilem ſalubrémque morbum vincunt; ab inſalubri ſeriùs vincuntur. Quinetiam tempora ſingula non ſunt ſpatiis inter ſe ſemper paria; non ſolùm in diuerſo genere morbi (ſunt enim acutorum quàm longorum omnia breuiora) ſed etiam in eodem, vt in duabus tertianis, ſiue etiã in vna & ſimplici febre. Aliàs enim principium cæteris ſpatioſius, aliàs declinatio om-

nium longiſſima:aliàs incrementum. Aliàs denique ſummus vigor:aut ex iis plura reliquis ſunt diuturniora. Proinde diſtinctionis eorum præſentium ratio duplex à Galeno tradita eſt vtraque ex effectibus morbi & naturæ. Prior magis ſimplex ex comparatione mutua acceſſionum & ſymptomatum inter ſe:vt ſit principium vniuerſale,cùm acceſſiones breuiſſimæ,& leuiſſimæ ſunt,earúmque acceſſiones longiſſimæ. Augmentum cùm eadem intenduntur, anticipant, protrahuntur, durantque diutiùs & vehemẽtiùs, & breuiùs declinãt; omniáque adſunt ſolito peiora ſymptomata. Vigor ſeu ſtatus cùm grauiſſimæ ſunt illæ, & longiſſimæ:& æquales inter ſe per vnum vel duos dies;Rariſſimè enim per tres dies in febribus acutis. Declinatio cum eadem,earúmque ſymptomata remittuntur: tametſi nunquam febre vacent. Febres enim continuę omnes exceptis ſynochis,ſecundum humorum putreſcentium analogiam proprias commouent acceſſiones,vt quotidianas, tertianas, quartanas:& remiſſiones ſiue declinationes (intermiſſiones tamẽ nunquam) acceſſionibus intermittentium ſimiles, eadémque tempora particularia continuarum acceſſiones emetiuntur:quæ proportione quadam febrium intermittentium acceſſionibus reſpondent, eadémque pulſus ſcilicet & caloris varietate diſtincta.

Poſterior temporum vniuerſalium & magis exquiſita diſtinctio ex ſignis epigenomenis ducitur cruditatis & coctionis. Nam ab obſcura coctione principium finiri, ab eadem manifeſta augmentũ; à perfecta ſtatum,declinationem denique reditu ad

natura

naturalem conſtitutionem conſtat. Hæc autem ſigna per febres acutas primarias in vrinis: per eaſdem ſymptomaticas ex phlegmonis partium ſpiritalium in ſputis; ſicuti ex phlegmonis partium abdominis in deiectionibus. Eſt igitur tota vniuerſalium temporũ diſtinctio duobus poſita vt in ſymptomatum differẽtia & coctionum ſiue cruditatũ. Principium enim leuitate, augmentum grauitate, ſtatus vehementia, declinatio remiſſione eorum definitur: idque ex motione morbi cauſarum, quas natura mutat alterando coquendóque, donec ad exquiſitam perduxerit coctionem.

Quantò enim magis naturæ procedit actio: tãtò maior morbi impetus, maioráque ſymptomata, donec metam alterationis attigerit, quæ coctio eſt; túmque ſedatur naturæ impetus. Vel ſanè mutatio hæc cauſarum accidit morbis per ſe: quia continuè per ſe magnitudinem acquirunt & vires, non naturæ alteratione. Vel ob copiam materiæ influentis; vel ob prauitatem eiuſdem tempore inualeſcẽtem. Altera ratio diſtinctionis eſt è coctionis & cruditatis ſignis. Nam cum illa, vt in phlegmonis, ſic in febribus exacerbantur ſymptomata. Sæpè tamen regula hæc fallit in morbis immaterialibus, lethalibus & luxationibus, atque etiam in morbis qui concoquuntur, vt in pleuritide, & peripneumonia & febre paracmaſtica, quæ ad proportionẽ coctionis remitti videntur; tametſi præſentis coctionis cauſa creſcere deberent.

Huius temporum tum vniuerſalium quàm particularium, cùm iam adſunt, diſtinctionis vſus ad therapiam morborum eſt multiplex. Illo-

rum quidem quoniam quicunque momentanei nō ſunt morbi, ſed aliquantum protrahi ſolent, non niſi mutatis remediis mutari ſolent, eáque mutatio febrium per ſua tempora & febrificæ materiæ mutationi reſpondere debet. Alia enim ratio eſt febrium, non humoralium, vt ephemerarum & hecticarum, quæ eodem alterantium remediorum genere, tametſi aliàs validiorum vel inualidiorum percurantur. Itaque febrium putridarum principiis febrifica materia minuenda eſt (vt reliqua faciliùs percoquatur) vt per phlebotomiam & purgationem leuiorem vocatam minoratiuam. Deinde augmento toto ſtatúque relicta materiæ morbificæ portio imitatione naturæ coquenda eſt alterantibus remediis. At in fine ſtatus perfecta iam coctione orta criſis aut ſinenda eſt, ſi moderata; aut incitanda ſi deficiens; aut coërcenda ſi redundans: dirigenda ſi errans ſit. Quòd ſi tum ne vlla quidem criſis erumpat, ea quidem purgatione artificioſa ſupplenda eſt initio declinationis ad anteuertendam recidiuam. Sic phlegmones initio topica repellentia, ſtatu digerentia, augmēto mixta ex vtriſque conueniunt. At digeſtione non ſuccedente, tū ſuppurationi locus ſit in fine ſtatus. Quinetiam ex eadem temporum vniuerſalium febris putridæ viciſſitudine comparanda eſt febricitantium diæta vt earum initiis tenuis, incrementis tenuior, in ſtatu tenuiſſima ſit: ne natura à coctione & expulſione morbificę materię (cui tum maximè addicta eſt) ad domandum cibum reuocetur: febríſque ſymptomata exaſperentur. Eadem temporum particulariū in acceſſionibus diſtinctio remediorum victúſque præſcri

præſcriptioni valdè confert. Neque enim (acceſſione naturam fatigante) vacuatio vlla eius vires conuulſura adhibenda eſt, ſed in eius declinatione tãtùm: & quidem paucis ante paroxiſmum horis, ſiquidem vires conſtent & materia contumacior vt melancholica, & pituitoſa duplici illo ſtimulo medicamenti & putredinis egere videatur. Alterantibus & refrigerantibus remediis in ſummo vigore acceſſionis recreanda natura eſt; tum externis vt epithematis cordis & hepatis; litibus lumborum, oxyrrhodino & frõtalibus ſine anacolematis fronti & temporibus applicandis, & odoramentis frigidis, vt aquæ roſaceæ pauco aceto & caphura mixtæ. Pedum denique manuúmque lotionibus tepidis. Tum denique internis, vt iulepis, conditis & conſeruis potulentis. Neque curſus acceſſionis initio aut paucis ante ipſam horis frebricitantibus cibus adhibendus eſt; ne aut corrumpatur commotæ putredinis, eiúſque vaporum mixtione: aut febrilem ardorem vapore ſuo ingeminet; aut certè ne ſuauitate cibi illecta natura febrilem negligat materiam coquendam, & expellendam. Vnica igitur eſt cibi opportunitas in declinatione acceſſionis, niſi fortè interueniens virium langor quocunque acceſſionis tempore cibum præcipiat. Eſt enim maior naturæ vis & dignitas cibum hortãtis, quàm dehortantis febris. Atque hæc tota doctrina diætæ febricitantium, & pharmaciæ præſcribendæ ex temporum febris præſentium hortatu & indicatione Hippocratis propria eſt lib. 1. aphor.

rum quidem quoniam quicunque momentanei nõ ſunt morbi, ſed aliquantum protrahi ſolent, non niſi mutatis remediis mutari ſolent, eáque mutatio febrium per ſua tempora & febrificæ materiæ mutationi reſpondere debet. Alia enim ratio eſt febrium, non humoralium, vt ephemerarum & hecticarum, quæ eodem alterantium remediorum genere, tametſi aliàs validiorum vel inualidiorum percurantur. Itaque febrium putridarum principiis febrifica materia minuenda eſt (vt reliqua faciliùs percoquatur) vt per phlebotomiam & purgationem leuiorem vocatam minoratiuam. Deinde augmento toto ſtatúque relicta materiæ morbificæ portio imitatione naturæ coquenda eſt alterantibus remediis. At in fine ſtatus perfecta iam coctione orta criſis aut ſinenda eſt, ſi moderata; aut incitanda ſi deficiens; aut coërcenda ſi redundans: dirigenda ſi errans ſit. Quòd ſi tum ne vlla quidem criſis erumpat, ea quidem purgatione artificioſa ſupplenda eſt initio declinationis ad anteuertendam recidiuam. Sic phlegmones initio topica repellentia, ſtatu digerentia, augmẽto mixta ex vtriſque conueniunt. At digeſtione non ſuccedente, tũ ſuppurationi locus ſit in fine ſtatus. Quinetiam ex eadem temporum vniuerſalium febris putridæ viciſſitudine comparanda eſt febricitantium diæta vt earum initiis tenuis, incrementis tenuior, in ſtatu tenuiſſima ſit: ne natura à coctione & expulſione morbificę materię (cui tum maximè addicta eſt) ad domandum cibum reuocetur: febríſque ſymptomata exaſperentur. Eadem temporum particulariũ in acceſſionibus diſtinctio remediorum victúſque

præſcri

præſcriptioni valdè confert. Neque enim (acceſſione naturam fatigante) vacuatio vlla eius vires conuulſura adhibenda eſt, ſed in eius declinatione tãtùm: & quidem paucis ante paroxiſmum horis, ſiquidem vires conſtent & materia contumacior vt melancholica, & pituitoſa duplici illo ſtimulo medicamenti & putredinis egere videatur. Alterantibus & refrigerantibus remediis in ſummo vigore acceſſionis recreanda natura eſt; tum externis vt epithematis cordis & hepatis; litibus lumborum, oxyrrhodino & frõtalibus ſine anacolematis fronti & temporibus applicandis, & odoramentis frigidis, vt aquæ roſaceæ pauco aceto & caphura mixtæ. Pedum denique manuúmque lotionibus tepidis. Tum denique internis, vt iulepis, conditis & conſeruis potulentis. Neque curſus acceſſionis initio aut paucis ante ipſam horis frebricitantibus cibus adhibendus eſt; ne aut corrumpatur commotæ putredinis, eiúſque vaporum mixtione: aut febrilem ardorem vapore ſuo ingeminet; aut certè ne ſuauitate cibi illecta natura febrilem negligat materiam coquendam, & expellendam. Vnica igitur eſt cibi opportunitas in declinatione acceſſionis, niſi fortè interueniens virium langor quocunque acceſſionis tempore cibum præcipiat. Eſt enim maior naturæ vis & dignitas cibum hortãtis, quàm dehortantis febris. Atque hæc tota doctrina diætæ febricitantium, & pharmaciæ præſcribendæ ex temporum febris præſentium hortatu & indicatione Hippocratis propria eſt lib. 1. aphor.

Cap. V.

PRAECOGNITIO quoque tēporum morbi febríſque acutæ eſt valdè vtilis & neceſſaria tum præſcribēdæ diætæ ægrotantium quantitati, tum præuidendo ſtatui, ſeu vigori eiuſdem, tum denique therapiæ inſtituendæ. Neque enim victus qui per ſanitatem conſuetus eſt mutandi neceſſitas tanta vrget cùm ſtatus diſtantior præuidetur. Vt in febre acuta ſimpliciter quæ 14. die deſitura eſt: quàm in peracuta ſimpliciter quę 7. aut exactè peracuta quæ 4. diè exoleſcit, in quibus omnibus idem ſtatus multò propinquior pręſentitur. Sic neque tanta mutatio in febre non ſimpliciter acuta (quæ 20. aut acuta ex decidentia quæ 40.) quàm in ſimpliciter acuta frugifera eſt. Indicāt enim per accidens futura morbi tempora breuiora vel longiora, futuram virium conditionem; indéque victus à principio adhibendi quantitatem definiunt, ne vires ante morbi exitum aut oppreſſione, aut diſſolutione deficiant.

Eſt autem victus genus triplex Galeno comment. in aph. 4. lib. 1. vnum augens ſiue plenum, alterum conſeruans ſiue moderatum, tertium deiiciens ſiue tenue. Priora duo ſanis corporibus conueniunt, augens quidem creſcentibus vt ab infantia ad 30. annum. Conſeruans in reliquum vitæ ſpatium. Vltimum ægrotantibus, præſertim febre acuta, ſemper proprium. Eſtque triplex, ſcilicet tenuiſſimum in extremo, quod eſt perfecta extremáque

que inedia perperacutis aptum. Alterum tenuiſſimum ex ſolo melicrato vel aqua hordei peracutis ſimpliciter idoneum. Tertium tenue ex ſolo priſanæ cocto, vel cremore peracutis ſimpliciter aliiſque eorum differētiis accommodatum. Sunt enim in acutis debilitatę nonnihil vires frugalitate vitæ, conſeruandæ tamen vt morbus validiùs expugnetur. Therapia quoque ex huiuſmodi temporū præcognitione regenda eſt. Vt principio vacuationes neceſſariæ, qualis phlebotomia eſt & purgatio celebrentur: in ſtatu omnes interdicantur, ſed ſola in illo & augmento coctio quæratur. In declinatione vacuatio reliquiarum. Status denique tempus febrium præmonſtrat euentus. Neque enim quilibet in omni tempore ſed in ſalutaribus morbis ſolutio in ſola fit declinatione coctione præuia. Criſis perfecta in ſolo ſtatu: imperfecta ſæpiùs in incremento: mors quoque nunquam in declinatione & principio, ſed incremento ſolo, aut ſtatu, vita in declinatione. Cæterum tota febris acutæ ex ſuis temporibus conſtitutio ex vnius principij præcognito ſpatio longo vel breui, præſagienda eſt. Huic enim reliqua tempora in febribus putridis ferè æqualia ſunt, niſi fortaſſe in exactè peracutis. In quibus cum principio reliqua duo tam anguſto miſcētur interuallo, vt primo die manifeſtiſſima vigoris ſigna emicare ex vehementiſſimis ſymptomatis ſigniſque coctionis perfectæ vel cruditatis ſummæ videantur.

Febris igitur principium non pro inſultu primo indiuiſibili, omníſque latitudinis experte: neque rurſus pro prima acceſſione, triúmque dierum ſpatio,

tio, cùm id ſit in diuerſis febriũ differẽtiis inæquale. Sed pro toto eo tempore febris audiendum eſt, quo febris primùm mouetur, & inualidior adhuc eſt. Febris quoque materia valdè cruda & incocta eſt ſiue in vrinis, ſiue in ſputis, ſiue in deiectionibus obſeruetur. Atque hæc principij ſignificatio verè medica eſt, & in diſtinguendis morborum tẽporibus & remediorum generibus in primis neceſſaria. Principij ergo futurum ſpatium duplici ratione præcognoſcẽdum eſt, vtraque ex cauſis principibus, naturę ſcilicet, morbíque robore, & vtriuſque cauſis & effectis. Eſt enim tota celeritatis & tarditatis temporum morbi ratio in morbo & natura poſita, alterutro enim valdè ſuperante ſpatium contrahitur, parum vincente idem ſpatium protrahi neceſſe eſt. Prior ratio ex morbi ſpecie cauſíſque eiuſdem proximis & remotis, id eſt internis externiſque ducitur, vel robur morbi colligitur ex ſpecie eius, & ex putreſcentium humorum differentiis, & ex tempore anni, regionis.

Porrò ſpecies morbi in febribus ſimplicibus dignoſcitur primo ſtatim die (ſi quidem ſimplex exquiſita & impermixta ſit) atque ex vnius humoris ſyncerique putredine, qualis quotidiana, quartana, & tertiana eſt, ſiue intermittens, ſiue continua, tũ ex ſignis pathognomonicis tum ex epigenomenis. Illa ſemper ei adſunt, hæc ſæpiùs ſuperueniunt. Illa quoque in febribus oriũtur ex caloris differẽtiis & motu, id eſt aſcenſu eiúſque inuaſione, atque ex pulſuum, & vrinarum differẽtiis, de quibus omnibus lib. de differentiis febrium duobus, & ſecundo criſeõn. Hęc epigenomena in lęſione functionum, qualita

qualitatum corporis, & excrementorum mutatione verſantur.

Compoſita autem febris duplex eſt, vna ex variorum humorum putredine, ex qua ſimul vnò eodémque loco mixta fiunt confuſæ (nothæ, vel illegitimæ & ſpuriæ vocantur) ex eadem diſcreta variiſque locis diſiecta fiunt implicitæ febres diuerſæ, ſuámque eſſentiam ſingulæ ſeorſum ſortitæ.

Altera eſt compoſita cum phlegmone viſcerum, quæ tamen referri poteſt ad vnam ex tribus ſimplicibus, quotidianam, quartanam, tertianam, cùm ſanguis rarò ſit ſyncerus. Porrò confuſæ febres ſiue intermittentes ſint, ſiue continuæ, vt tertiana, & quotidiana, primo die noſcuntur è ſignis ſimplicium, ſed mixtis inter ſe, vt intermittentes (ex tertiana & quotidiana) ex horrore, pulſu tardiori, rariori, debiliori, quàm ſimplex tertiana, præcordiorum ęſtu ex diutina magis mora caloris, pedúmque & extremorum refrigeratione longiori. Implicitæ febres diuerſis horis incipiunt & deſinunt; habéntque propriam eſſentiam & acceſſiones ſeparatas, & peculiares ſuos motus. Sunt autem implicitarũ genera duo. Vnum eſt febrium eiuſdem generis, vt duarum quotidianarum & tertianarum, duarum etiam aut trium quartanarum, quæ propriis ſimplicium differẽtiis caloris pulſuum & vrinarũ certiùs internoſcuntur, quàm ex periodis & acceſſionũ circuitibus, per quos tertiana duplex, aut quartana triplex non differt à quotidiana ſimplici. Alterum genus eſt diuerſi generis febrium implicitarum, vel intermittentium, vt quotidianæ & tertianę vel huius & quartanæ; quod genus rarum admodum

modum eſt; noſcitúrque è pathognomonicis ſimplicium expoſitis iam ſignis, ſi quidem acceſſiones longiori diſtant interuallo; quæ ſi ſimul inuaſerint tum implicatio difficiliùs dignoſcitur. Alterum eſt intermittentium cum continuis, vt tertianæ cum quotidiana continua: vel quotidianæ intermittentis cum tertiana continua. Huius generis implicita febris compoſita hæmitritæos vocatur. Ex complicatis autem febribus nulla poteſt exquiſitè antè ſecundum, aut tertium diem dignoſci; idque ex acceſſionum differentiis, inuaſione, & ſolutione.

Alterius generis compoſitarum cum phlegmone interna febrium ſigna ſunt duplicia: alia partis inflammatæ, alia cauſæ proximæ, id eſt ſanguinis partem inflammantis. Illius generis ſunt ſigna in pleuritide dolor pungens & extenſus, reſpirandi difficultas, febris aſſidua, tuſſis: huius ſputum ſcilicet albicans, rubrum, fuluum, flauum, liuidum, nigrum. Alia denique partim locum affectum, partim cauſam deſignant, vt pulſus durus tenſúſque partem nerueam & membraneam, denique ſerrans inflammationis magnitudinem. Similia ſunt aliorum viſcerum inflammatorum ſigna: tum ex doloris proprietate, ſitúque & functione læſa; tum ab excrementis vel ſputis, vel deiectionibus. Porrò febris cognita ſpecies ſpatium eiuſdem, & ſingulorum temporum duobus modis præmonſtrat. Vno per ſe nullóque intercedente alio. Sunt enim inter morbos alij properantes, quíque ſuas ſpecies citò aſſequuntur, totámque hiſtoriam ſuam celeriter abſoluunt, in quibus coniectura facilis eſt tū principium, tum reliqua tempora citiùs eſſe ventura.

Talis

Talis eſt pleuritis,peripneumonia,cauſus.

Alij contra tardiùs mouentur, ideóque diutiùs protrahuntur, in quibus & principium, & reliqua tempora præuidentur, ex ipſâ ſpecie. Talis enim quartana,talis articularis dolor. Aliàs per accidens febris cognita ſpecies, futurum febris ſpatium,ſtatúſque tempus inſinuat, detecta ſcilicet humoris ſpecie, cuius putredine accenſa eſt. Nam ex pituitoſo,atróque,diuturna;ex bilioſo,breuis fieri ſolet. Motus quoque febris notatus breuitatem vel prolixitatem eiuſdem,& temporum ſingulorum annotat.Spectatur autem ille tum in acceſſionum incrementis;tum in caloris accenſione: vt anticipantes acceſſiones diutiúſque durantes breue ſpatium, aliáque tempora deſignant.Anni denique tempus, regio, cœlíque conſtitutio idem febris totius, & temporum eius ſingulorum diſcrimen breuitatis & prolixitatis oſtentat,vt cauſa,& vt ſignum. Siquidem humoris ſpeciem, quem cumulauit, detegit.Æſtas bilioſum,hyems pituitoſum, autumnus melancholicum;vel ſanguineum.Idem de regione iudicium.Aëris quoque temperies ſiue ex tempore anni,ſiue ex regione curationem vel tardat ſimilitudine ſua,vel diſſimilitudine accelerat. Sicuti habitum pattéſque vel laxat humoréſque expulſioni comparat; vel aſtringit,denſâtque,& humores inculcat. Naturæ autem vires ſicuti antè expoſitum eſt ex temperie,& ætate, ſexúque comprehenduntur, vt cauſis proximis & internis, & ex regione, anni tempore, conſuetudine,& victu præcedente, tanquam à cauſis externis,remotiſq;. Ab his enim omnibus cauſis calidi natiui modus & copia conijcitur,

iicitur,vnde virium robur exiſtit. Hæc igitur prior eſt ratio præcognoſcendi febrium ſpatij & ſingulorum temporum, ex comparatione virium naturæ,& morbi. Vocatur Galeno coniectura artificioſa, quaſi non ſcientifica, neque omninò certa, ob cauſarum ſcilicet inter ſe cōtrarietatē,vndè vtriuſque difficilis eſt æſtimatio arduúmque iudicium. Poſterior præcognitionis eiúſdem ratio ex effectibus naturæ morbíque oritur,id eſt è ſignis epigenomenis cruditatis & coctionis(hæc enim naturæ eſt,illa morbi)è quibus febris,velox motus vel tardus deprehenditur.Nam ſi cruditatis integræ ſigna primo die appareant principium longum:ſi ſecundo die,longius:ſi quarto longiſſimum fore portenditur. Contra debilis paucáque cruditas primo aut ſecundo die principium breuius, totúmque ſpatiū febris & viciniorem ſtatum præmonſtrat. Certior autem eſt horum ſignorum ſignificatio in quaternionibus cuiuſque ſeptimanæ ; quibus inſignes morborúmque cauſarúmque morbificarum mutationes conſuetæ ſunt, ideóque ſignificationes etiā mutationis proximo ſeptenario futuræ.

Talis eſt primæ ſeptimanæ quartus ſecundæ vndecimus tertię,decimus ſeptimus.Et ſic de reliquis tribus ſeptimanis,earúmque quaternariis,ſentiēdū eſt;vt ſcilicet primæ duæ ſeptimanæ ſeptem diebus integris numerentur; ſicuti & tertia:niſi quòd eius initium à ſecundæ ſeptimanę vltimo die numerandum eſt.Eadem numerationis ratio ſeptimanarum & dierum à 20. ad 40.vſque tenenda eſt. Ergo in pleuritide nihil ſpuere cruditas eſt integra, ſpuere liquida debilis eſt cruditas, & breuioris principij index.

index. Cruditas pauca id eſt coctio manifeſta breue principium oſtendit, à quo augmentum mox incipit, ægro iam plura magíſque cocta & faciliùs expuente. At eodem iam plurima perfectéque cocta & facillimè expectoráte, tempus vigoris, quod deſinere incipit, vbi multitudo ſputorũ minuitur, dolórque ſedatur. Status igitur morbi futurúmque eius ſpatium ab initio confuſè quidem noſci poteſt è ſpecie morbi & magnitudine. Magni enim paruis in eadem ſpecie ſunt breuiores. Illos natura irritata expellit: hos negligit. At ex motus qualitate veloci vel tarda, ſigniſque epigenomenis vt cruditatis & coctionis, citis vel tardis certiùs noſcuntur, ſicuti ex natura & ætate. Nam in frigida vtraque tardiùs mouetur, ſicuti ex eiuſdem cauſis externis. Æſtas enim cõtrahit ſpatium, hyems prorogat. Sunt autem omnia ſigna ſingulis quaternionibus obſeruanda. Aliàs enim ſunt omninò infida. Quamobrem conſtare iam poteſt vt principij & ſingulorum eiuſdem temporum ſtatuſque ſpatium prǽuideri poteſt à primo aut ſecũdo tertióque ǽgritudinis die tum ex perceptione virium morbi & naturæ, primùm, ex eorumdem cauſis: vires autem febris ex ſpecie motúque eius & ex cauſis internis atque externis, explorandas eſſe: ſicuti ſpeciem formámve eius ex caloris motúſque, pulſus & vrinæ differẽtiis, in ſimplicibus atq, in compoſitis eiuſdẽ generis. Sed in aliis ex acceſſionum circuitu. Sic naturæ robur ex cauſis proximis interníſque (temperie, & ǽtate ſexúque) externíſque, vt tempore anni, regione, cœlique conſtitutione, conſuetudine ægri, totóque præcedente per ſanitatem victu

æſtimandum eſſe. Quinetiam ex effectis vtriuſque cruditate & coctione ſcilicet. Hæc enim quantò citiùs in incremento apparuerint, tantò breuiùs ſtatus tempus fore. Cruditas quantò diuturnior fuerit, tantò diutiùs ægritudinem protrahi.

De exitus febrium die & hora.

Cap. VI.

Temporis indefiniti, quo febris acuta deſitura eſt, prognoſticis ſignis vniuerſim propoſitis, iamiā definiendum eſt, eiuſdem exitus particulare tempus diei & horæ: cuius prognoſtica ſigna ex epigenomenis quoque ſignis, id eſt naturæ, morbique effectis deriuantur, è quibus vtriuſque robur accelerans tardánſve exitum coniicitur. Sunt autem ſigna hæc epigenomena omnia tum cruditatis coctioniſque, tum functionum, tum qualitatum externarum in diebus quaternariis ſingularum ſeptimanarum obſeruanda, qui idcircò vocantur indices, vt ante dictum eſt, quòd euentum febrium acutarum proximo ſeptenario futurum indicent, & præmonſtrent. Hæc autem vis quaternarij indicatrix ſeptimi non eſt primæ ſeptimanæ propria, ſed conſequentium communis ad 40. vſque diem. Hippocr. aphor. 24. lib. 2. Tametſi non æqua omnium. Validiſſima enim eſt ad 20. diem, id eſt tertiæ ſeptimanæ vltimum, ſed ab hoc ad 40. inualidior: ſupra quem rursùs inualidiſſima,

lidiſſima, Galeno primo criſeōn ca. 19. exoleſcente ſenſim vtriuſque diei quaternarij & ſeptimi virtute: quò lõgiùs à veris & ſimpliciter acutis febres ad longarum naturam propiùs accedunt, magiſque frigidorum humorum, vel pituitoſorum vel melancholicorum motus tarditatem, quàm bilioſorum celeritatem æmulantur.

Ergo in quarta die coctio manifeſta, vel in vrinis; vt ex nubecula rubra apud Hippocr. aph. 7. lib. 4. vel in ſputo albo, læui, & æquali, vt in pleuritide, vel in deiectionibus alui in phlegmone partium abdominis febrem proximo ſeptenario deſituram eſſe ad ſalutem præmonſtrat. Contra ſi cruditas eodem quarto cum grauioribus ſymptomatis perſeueret, proximo ſexto vel ſeptimo pernicioſior febris ægrum ingulatura eſt.

Si tamen iſta coctionis & cruditatis ſigna quarto die obſcuriora ſint; huiuſce febris exitus vltra ſeptimum prorogabitur. Sæpè etiam quaternarij ſignificatio mutatur, vt ab acceſſionis violentia naturæ robore vel debilitate, vel aliquo ægri Medicive errore, vt exitus febrium vel ſeptenarium anteuertat; vel in alium diem intercidentem differatur. Nam violentior acceſſio naturam ad pugnam & criſin intempeſtiuam prouocat ideóque ſignificatus die quarto interitus in diem ſextum acceleratur, maximè ſi ad eam acceſſionis violentiam & impetum velox febris motus acceſſerit; aliàs in aliũ intercidentem diem ſupra ſeptimum producetur: ſi non tanta ſit febris violentia, naturæque vires adſint robuſtiores; cui imbecilliores prius citiúſque victæ cedunt vt ſexto die moriente ægro. Contrà

in ſalutaribus, violenta acceſſione, viribúſque vegetis criſis ſeptimum anticipat, die intercidente vt quinto, ſicuti inualidioribus iiſdem vltra ſeptimum differetur in diem intercidentem, vt nonum vel vndecimum.

Ergo exitus dies febrium acutarum ex die indice earúmque ſignis epigenomenis præuideri poteſt, niſi indicatricem vim eius ab impetu acceſſionis,celeritate motus febris,robore vel debilitate naturæ, medicique vel ægri errore mutari, id eſt ante ſeptimũ præcipitari, aut poſt eundem tardari cõtingat. Cæterum lethalium febrium motus adeò ſunt incerti vt mortis dies præſagiri certò nequeat. Neque enim propriis ſtatiſque legibus ſuis nixa natura, ſed violentis morbi inſultibus coacta decertat,cùm in ſalubribus indicatrix dies mortis diem verè prẹnuntiet.In his enim indicata quarto die ſalutis via proximo ſeptenario conſtanter à natura valida retinetur.Contra in pernicioſis febribus indicata criſis quarto die in infauſtam aliquam diẽ, vt 6.aut 8.incidit. Rarior enim eſt ſeptima die criſis mala.Oſtendit tamen etiam mortis diem febris motus,quæ ſi imparibus diebus moueri,& exacerbari ſolita ſit, iiſdem ægrum perimit,contra quæ paribus. Vt autem criſeos dies verè deſignetur, tria in primis ſunt obſeruanda, tum tempus ipſum inchoati conflictus, tum tempus ipſum excretionis vel abſceſſus incepti: tum denique tempus ipſum ſoluti vel maximè inclinati morbi.

Hæc enim tria tempora ſi in vnam diem coïerint eidem criſis iure optimo aſcribatur. Quòd ſi in diuerſos partiantur dies, vtpotè ſi conflictatio cum

ſignis

ſignis criticis die ſeptimo cœperit excretio vel abſceſſus 8.ſequuta ſit:morbiq́ue ſolutio integra in 9. tum tribuenda criſis ei eſt in quo excretio acciderit. Alias huic diei criſis tribuenda eſt,cui ex tribus iſtis temporibus plura ſuppetant.Coniecturam autem confirmabit critici diei conditio criſeos quæ 7.ſemper melior eſt. Quod ſi 6.aut 8.acciderit etiã 6. tum naturæ motum ab aliquo errore peruerſum fuiſſe coniiciendum eſt.Nam in ſalubri morbo natura non violata aut impedita die critico ſemper liberatio ægri conſueta eſt. Hora denique exitus febrium ex recordatione particularium acceſſionum præcedentium præcognoſcitur: quarum declinationes in ſalutaribus febribus ægros liberant, ſed eoſdem in calamitoſis aliquando perimunt, viribus eorum vigoris acerbitate, & ſymptomatum vehementia diſſolutis cùm in declinatione vniuerſali victo iam morbo nuſquam quiſquam intereat. Alios in funeſtis febribus principium acceſſionis rapit: vt cùm ingens phlegmone viſcera obſidet, grauisq́ue obſtructio & plethora vrget, quorum perturbatione calor natiuus opprimitur & ſuffocatur. Alios denique incrementum ſtatúſve ex vehementia ſymptomatum perimit.

De modo exitus febrium.

Cap. VII.

Postqvam de tempore vniuerſali & particulari exitus febrium acutarum præcognoſcendo præuidendóque tranſactum eſt, deinceps de exitus modo: hic autem bipertitus eſt: tres enim ſunt ſalutares, totidémque funeſti, ſicuti pleniùs antea in enarrandis criſeω̃n & criticorum dierum differẽtiis expoſuimus. Vnus ex ſalutaribus eſt, cùm febricitans illicò omninóque liberatur. Modus hic criſis perfecta vel ſimpliciter criſis dicitur, quòd ſit omnium optima, neque vnquam niſi debellato prorſus à natura morbo, eiúſque ſubacta prorſus materia contingat. Alter modus ſubitus quidem eſt, ſed non integer, criſis dicitur imperfecta, morbique poſtea ſenſim exoleſcentis diminutio. Vtraque hæc criſis fit cum pugna & excretione ferè ſemper, ſed tamen cum ſomno etiam longiori aliquando. Tertius modus lentus eſt cùm paulatim febris per coctionem exoluitur. Atque hic exitus modus non quidem criſis, ſed ſolutio ſimpliciter vocatur. In prioribus quidem modis duobus, vt iam dictum eſt, ingẽs aliqua fit euacuatio morbificæ materiæ, vel eiuſdem à loco obſeſſo ad locum alium trãſmiſſio, idque cum magna perturbatione corporis & humorum. In poſtremo modo neque turbatio aliqua, neque euacuatio euidens vel obſcura fit. Alij tres modi ſunt peſtiferi: vel enim

enim repentè tollitur æger cum perturbatione & excretione aut abſceſſu: vel in deteriorem tantùm ſtatum euertitur: vterque modus hic exitus criſis quoque dicitur ſed mala: illa quidem perfecta, hæc imperfecta: vel ſenſim denique æger conficitur ad mortem vſque, & marcor dicitur. Hic tertius modus. Quartus tamen modus in perniciosis febribus adiungitur illis tribus cum ſine agitatione, excretione, aut tranſmiſſione vlla ſubita morte æger rapitur, ideóque modus hic ne criſis quidem dicitur. Iſtarum autem perturbationum, excretionum & tranſmiſſionum omnium effectrix cauſa naturæ eſt facultatibus coctrici, & expultrici referenda. Tot ergo ſunt exitus febrium acutarum modi, quibus vel ſeruantur, vel pereunt febricitantes; quorum omnium præcognitio ad tutam medicationem in primis eſt neceſſaria, ideóque de illis quæſtiones hæ deinceps diſcutientur. Tum an cum criſi vel ſine criſi febris deſitura ſit. Tum an criſis futura ſit perfecta vel imperfecta. Tum quæ ſpecies excretionis criticæ futura ſit; quámque ſtabilis vel inſtabilis; quámque certa, vel incerta. Poſtrema an quicunque febris acutæ exitus vel pernicioſus vel ſalutaris immineat.

De ſignis prognoſticis ſalutis vel mortis febricitantium.

Cap. VIII.

VLtima quæſtio primum explicationis ordinem ſibi vendicat, quæ ex comparatione virium morbi & naturæ febricitantium, vtrius victoria futura ſit præuideri debet, vt ſi violẽtiſſimus morbus cum imbecilliori natura certet, interitus: contra ſi robuſtiſſima natura cum debili morbo confligat, ſalus expectetur: idque tantò ſeriùs citiúſque, quãtò vtrũq; ab extremis magis minúſve receſſerit. Febris quidẽ vires ex ſpecie eius, more & magnitudine obſeruantur. Febris ſiquidẽ ſpecies vt ante expoſitum eſt ex ſignis pathognomonicis, eique propriis & inſeparabilibus, & ex cauſis proximis vt natura, ætate, ſexu, & remotis vt tempore, regione, conſuetudine, ætate percipitur. Hæ enim ſi ſpeciei ſimiles ſint febris ipſius vim augent: ſin aduerſæ eandem debilitant. Tum denique ex pulſuum, excrementorum & acceſſionum differentiis.

Magnitudo morbi ex ſignorum eiuſdem pathognomonicorum exuperantia, vt in pleuritide doloris pũctorij & diſpnœæ, tuſſis. In febribus continuis ſimplicibus ardoris capitis & lumborum totiúſque corporis, peruigilij, ſitis. Per accidens tamẽ quæ ſuaptè natura mitiora ſunt ſi cum infirmioribus

bus viribus comparentur,vt infantium & decrepitorum pro vehementibus iure numerentur. Mos autem morbi à magnitudine eiuſdem differt,quòd pleræque febres magnæ & ardentes periculo tamen vacare cernantur. Non paucæ quæ debiles ſunt eodem abundare; tales ſunt peſtilentes. Mos autem morbi ab animalibus per metaphoram dicitur:vt n. hæc propriè benigna vel maligna dicũtur,ſic morbus quoque ob grauitatem vel læuitatem periculi imminentis benignus vel malignus habetur.Depreheditur autem mos è ſignorum epigenomenῶn grauitate,prauitate vel lenitate, quæ neque coctionem; vel cruditatem neque criſin aut oſtendunt aut efficiunt:ſed ſalutem tantùm aut interitum prænunciant.Huiuſmodi ſunt lib.1.progn. ab Hippocr.enarrata in functionibus ægrotantium & accidentibus ſiue qualitatibus externis corporis.Ergo ſi febris ex ſpecie ſua cauſiſque ſuis externis internisve bilioſa aut ſanguinea deprehendatur,eiuſque ſymptomata non ſolùm vehementia, ſed praua etiam ab initio perſeuerent & cum cruditate interitum ſignificant imminentem. Contra natura robuſta ex cauſis ſuis omnibus morbóque diſſimilibus, & ſymptomatis contrariis,coctione denique euidenti ſalutem promittit. Neque enim fieri poteſt vt febris omnibus ſignis ſecuriſſimis comitata ægrum non liberare incolumen, ſicuti quæ iiſdem eſt calamitoſis omnibus ſtipata eundem necare non poſſit.Porrò differunt interſe quatuor hęc in morbis,ſpecies,magnitudo,mos, motúſque. Species quidẽ ex pathognomonicis ſignis detegitur,atque ex eorundem paruitate, vel vehe-

mentia magnitudo, ſicuti motus è ſpatio quatuor vniuerſalium morbi temporum, & totidem cuiuſque acceſſionis partium quas acceſſio ipſa citiùs ſeriúſve percurrit, motúque lento vel citato magis emetitur. Atque hoc citi, tardive motus diſcrimen tum ex ſymptomatum tum excrementorum differentiis internoſcendum eſt: non in acutis tamen & continuis febribus, ſed intermittentibus etiam, aliiſque morbis omnibus ſiue certis periodis ſiue nullis ſæuiant. Eſt autem motus aliàs æqualis & legitimus; aliàs contra inæqualis & illegitimus. Ille eſt cùm morbus tecto quodã ordine ſuas quatuor ætates decurrit. Hic dum temerè augetur aut remittitur non ſolùm in diuerſis, ſed in iiſdem etiam temporibus vel vbi ſolutus videatur, illicò rurſus repetat, reſæuiátque. Hanc denique conſtantiam vel inconſtantiam ſymptomatũ teſtatur mutatio: quæ ſine ordine certáve lege nunc creſcere, nunc decreſcere videntur. Tum etiam excrementorum ritè vel temerè apparentium.

De exitus modo ſubiti vel lenti.

Cap. IX.

AN verò febris acutæ exitus vel ſubitus vel lentus tardúſve futurus ſit præſagium ex differentiis virium naturæ morbíque depromendum eſt; è quibus vtriuſque ad pugnam facultas colligitur. Validior enim morbus ferociter inſultans

ſultans naturæ expultricem vim acriter proritat: inualidior minùs: inualidiſſimus eãdem nullo modo fatigat. Item natura robuſtiſſima morbificas cauſas affatim magis & copiosè profligat: imbecilla parciùs tardiúſve: imbecillima nullo modo. Morbi quidem vis ex ipſa eius ſpecie, duabúſque eiuſdem differẽtiis magnitudinis & motus deprehenditur. Nam ex febribus aliæ vt ephemera & hectica à criſi omninò abhorrent, quàm putridæ ſpecie ipſa validiores & vehementiores ſæpiſſimè commouent. Non tamen ſimilem omnes, ſed bilioſæ & ſanguineæ breuem magis & vehementem; reliquæ vt pituitoſæ & melancholicæ tardam magis paucámque. Morbi vires externæ cauſæ ſimilitudine ſua intendunt, ſicuti contrarietate eaſdem remittunt. Morbi quoque robur ex celeritate, motus eius ex grauitate ſymptomatum; ſed ex contrariis debilitas eius perſentitur. Robur quoque naturæ viriũ ſiue morbo par, ſiue impar, id eſt debilius vel maius ad criſin neceſſarium eſt, ſine quo nulla pugna, nullúſque naturæ cum morbo infeſtante cõflictus: nulla denique criſis futura ſit, ſed ſolutio tantùm vel marcor conſequuturus. Itaque ſi febris continua, vt bilioſa, aut ſanguinea magna & velox cauſiſque omnibus externis in bilis prouentum conſpirantibus cepta vt regione æſtuoſa tempore æſtatis parca & ærumnoſa vita, ætate iuuenili, natura calida ſiccáque, criſis cita & vehemens expectanda eſt. Contra ſi febris pituitoſa vel melancholica ſit, parua tardáque; viribus integris aut mediocribus ſolutio ſperanda eſt, vel criſis etiam, ſed valdè tarda, ignauáque & pauca.

De

De ſignis differentiarum criſeos.

A P. X.

FIt autem criſis in febribus duobus modis, excretione & tranſmiſſione febrilis materiæ(niſi fortaſſe in funeſtiſſimis mors præceps ſine criſi irruat)fit quidẽ etiam criſis, ſed rariùs ſomno prolixiori arctioríq; quæ criſeos ſpecies ex natura ęgri morbique:præſagiri poteſt;quoties ſcilicet febricitantis ætas ad ſomnum propenſa eſt (vt puerilis apud Hippocr. lib. 3. epidem.cap.14.) eique cauſæ externæ conſonant:vt regio humidior tempúſque anni vernum aut hyemale; æſtiuum enim & autumnale vigiliis magis apta eſſe ſolent, febríſque ipſius pituitoſa ſit materia, quæ ægrum ſopire, viciſſimque à calore per ſomnum lõgiorem circa viſcera cumulato percoqui poſſit. Vtra verò criſeos ſpecies,vel per excretionem, vel per tranſlationem futura ſit, ex virium ægri & febrium differentiis coniectari poteſt. Nam vi maiori naturæ morbique excretio indiget. Sic trãſmiſſio vtraque minori expeditur. Quantum autem naturæ robur ſit tum cauſæ proximæ, vt ætas & temperies:quæ caloris natiui modum præ ſe ferunt; externæque maximè ſi proximis ſimiles ſunt:tum effecta denique declarant, vt pulſus magnitudo paruitáſque, & coctio magis minúſve exquiſita excrementorũ, vel ſputorum,vel vrinarum,vel deiectonum. Hæc

enim

enim omnia validioris naturæ indicia ſi quando concurrant, iuuenilis ætas, temperies calida, coctióque matura, tempus anni & regio calida ſimiléſque cauſæ externæ criſin per excretionem natura in febribus acutis molitura eſt. Aliàs in diuturnioribus & frigidioribus per tranſmiſſionem ſiue metaſtaſin febris quoque vis æſtimanda eſt è ſpecie earum, magnitudine, motu, cauſiſque internis, & externis: vt ſi febris ſit acuta, velox, vehemens, humórque calidus & tenuis, ætate, regione, tempore anni calidioribus, ea quidem ad expulſionem procliuior eſt. Contrà febris diuturna tarda, leniſque, & frigidus, craſſus, crudúſque humor vel ſimplex vel mixtus, vt in pituitoſis & melancholicis febribus, autumno præſertim & hyeme in tranſlationem magis incumbit. Ergo conſtat ad expulſionem vim naturæ robuſtam, hùmoriſque expellendi tenuitatem & caliditatem eſſe neceſſariam. Alterutro deficiente tranſlationem eſſe futuram, ſicuti vtroque abſente mutationem ſine criſi, ſiue per ſolam ſolutionem, ſiue per marcorem, impendere.

De ſignis prognoſticis ſingulorũ excretionis criticæ differentiarum.

Cap. XI.

IAm verò excretionum criticarum multiplices ſunt differentię ex loci & materiæ excernendæ diſcrimine (neque enim vna eſt omnium criſeõn via per quam excludatur, aut in quam tranſfera-

transferatur è corpore materia morbifica.) Quædã eſt hæmorrhagia, vomitio, deiectio, ſputatio, ſudor. Cuiuſque ſpeciei propria quædam ſunt ſigna prognoſtica, alia communia, quædam etiam diagnoſtica. Propriorum rurſus ſignorum alia excretionis materiam, alia viam eiuſdem præmonſtrant. Illius generis ſigna ſunt à naturæ morbique differentiis, huius vel illius excretionem vim habentibus ſumenda. Ac virium naturæ differẽtiæ ſunt, vt ſæpiùs antea inculcatum eſt ex ætate, temperie, anni tempore, regione, conſuetudine, ſexúque depromendæ: è quibus caloris natiui modus internoſcitur. Sicuti morborum ex ſpecie ſua cauſiſque proximis, id eſt humoribus putreſcentibus externiſque omnibus, vt tempore anni, regione, conſuetudine, &c. magis minúſve naturæ diſſimilibus.

Ergo v.g natura ſanguinea vel biliosa febricitantis, ætáſque vel adoleſcentiæ ad 25. annum, vel iuuentutis ad 35. vere præſertim & æſtate, totáque victus ratione calidiori prægreſſa ſanguinis vel copiam vel acrimoniam oſtendunt, febrémque per hæmorrhagiam eſſe definiendam, qualis eſt ſynochus, aut continuą biliosa & ardens, non pituitoſa & melancholica.

Loci ſigna ſunt ex ſymptomatis omnibus, functionibus læſis & excrementis: accidentibus partium mutatis per quas ſanguis decurrit, vt in hæmorrhagia per nares futura illa ſymptomata obſeruanda ſunt in præcordiis, thorace, ceruice, facie, oculis, naſo, per quas ſanguis ſurſum ſerpit repitque, ſiue febris ipſa ſimplex ſit & in venoſo genere condita; ſiue compoſita cum phlegmonis vel

partium

partium thoracis vel vẽtris & præcordiorum. Itaque præcordia in ſuperiorem, & inferiorem partẽ contracta, neque dolentia ob ſanguinis aſcenſum hæmorrhagiam per nares pronuntiant. Sicuti thoracis oppreſſio, & difficilis reſpiratio muſculis ſanguine multo imbutis obrutiſque pulſus magnus & elatus, ceruicis dolor, capitis grauitas, deliratio aliquando, rerum rubrarum imagines, totius faciei, & oculorum rubor, inuitęque lachrymę, narium pruritus, ſcalptuſque ob ſanguinis ad eas partes omnes affluentiam per nares hæmorrhagiam quoque portendunt, vel vtraſque (toto corpore, venoſóque genere à febrili materia obſeſſo in ſimplicibus febribus) vel altero tantùm eius latere dolente (vt in febribus compoſitis cum phlegmone hepatis, vel lienis) cui naris ipſa reſpondet κατ' ἴξιν.

At hæmorrhagiæ per vterũ inſtãtis ſigna diagnoſtica ſunt è propriis eius ſymptomatis, vt dolore, grauitate, & diſtentione circa lumbos, moto ſcilicet deorſum ſanguine. Natura quoque ægri morbique eandem partem præmonſtrant. Illa quidem vt mulieris multo ſanguine menſtruo turgẽtis, inſtante præſertim purgationis menſtruæ periodo. Morbi quoque cauſa ex multo ſanguine ſitusque infra ſeptum eandem partem oſtendit. Hęmorrhagiam denique per hæmorrhoidas natura morbuſque prænuntiat. Illa quidem craſſioris ſanguinis acriſve, ferax; cui conſentiat ętas conſtans, tempus autũnale, & conſuetudo eiuſdem fluxus per ſanitatem. Hic etiamſi à melancholico ſanguine, & infra ſeptum conſideat, partem quoque declarat grauitas, & tenſio lumborum. Vomitionem criticam

per

per febres acutas naturæ morbique indoles præſagit;illius quidem ſi bilis flaua abundet cum ſuperiore ventriculi parte debili,tempore anni æſtiuo,habitu gracili,vomendique conſuetudine. Huius ſi eadem cauſa, bile nempe,conſtet, ſitáque ſit vel in ventriculo,vel vicinis ventriculo ſedibus,vt in cauo iecoris & circa præcordia:at eandem inſtantem vomitionem demonſtrat ventriculi ſymptomata, vicinarumque partium ſympathia eius affectarum : cuiuſmodi ſunt cardialgia, faſtidium, nauſea,pulſus durus, atque inæqualis (corde condoleſcente) difficultas reſpirationis, cephalalgia, vertigo & aliquando delirium, mota bile & euaporante,caligo,labri inferioris tremor, ſputum tenue,extremarum partium frigus & horror, calore natiuo cum ſuccis vomendis ſurſum rapto.

Deiectionem quoque criticam naturæ febriſque differētiæ prænuntiăt.Illa ſi pituitoſis frigidiſque humorib' abūdet, habitu obeſo,pyloro imbecillo, tēpore hyemali vel verno & ſimili regione. Sic quoque tum ex ſua cauſa multitudine ſcilicet pituitæ,tum ex ſitu in inteſtinis aut vicinis ventriculo partibus. Eandem demonſtrant ſymptomata partium ventris,& Ilium dolor,tenſio, & murmurilli. Vrinæ denique ſuppreſſio naturæ quoque & morbi differētiæ miſtionem criticam præſagiunt. Illa quidem ſi ſeroſis & tenuibus ſuccis abundet,ſi multæ per ſanitatem & copioſè mictioni aſſueta; vt mulieres eſſe ſolent:ſi febris etiam ex eadem pituitoſa materia vel tenui vel craſſa conſtet, quæ cum craſſioribus vrinis ſæpè excernitur.Inſtantem eandem excretionem teſtantur grauitas imi ventris,ex

tris,ex motu humoris deorſum cum ardoris ſenſu in colo, retentio deiectionis & ſudoris

Sudorem quoque criticum naturæ morbiquę proprietas portendit. Illius quidem ſi humore tenui vel bilioſo vel aquoſo affluat, ſitque habitu molli,laxóque,tempore anni præſertim verno vel æſtiuo, & ſudorum per ſanitatem conſuetudine. Sæpè tamen frigidi craſſique humores pituitoſi & melancholici in febribus quotidianis & quartanis critico ſudore exhauriuntur,poſtquam cocti & lóginquitate temporis attenuati ſatis & deterſi fuerint. Morbus quoque ſi febris bilioſa aut ardens ſit; eiúſque cauſa in venis omnibus diffuſa, vnde ad cutem facilè effundatur. Qui autem loco aliquo obfirmatus & conculcatus humor eſt, rariùs quidem, ſed tamen aliquando in inflationibus viſcerum ſudore critico diſſoluuntur. Inſtantem ſudorem criticum patefacit calor cutis vaporoſus humiduſque,pulſus magnus, elatus, mollis, vndoſus, inſomnia aquarum,vrinę & deiectionum ſuppreſſio, tandémque ſuperueniens horror quidam rigórve.

Has omnes excretionum criticarum ſpecies antecedunt modico interuallo, vt vnius vel dimidij diei vel paucarum horarum ſigna ſimpliciter critica dicta:perturbationis naturæ humorumque,& idiotarum terroris plena ex ſecretione febrilis materiæ mitificatæ ab vtili & frugi humore, eiuſque vel ſubſtantiæ eruptione vel euaporatione. Neque tamen omnia ſimul omnes pręcedunt excretiones, ſed quędam quaſdam tantùm.Ea verò ſunt anxietas,vigiliæ,dementia,ſopor, ſtupor ſenſuum, ver-

tigo, imagines rubræ, inuitæ lachrymæ, cephalalgia, vociferatio, propinquorũ ignoratio, diſpnæa, dolor colli, ſtomachi, aliarumque partium, ſonitus aurium, labri inferioris tremor, obliuio, furibunda ſaltatio inquietudo, mictionis aut deiectionis ſuppreſſio, ſitis, rigor, & anticipatio acceſſionis, quæ omnia in bonis & ſalutaribus habenda ſunt, ſi in ſtatu febris, & die critico emergant. Aliàs in malis & lethiferis quocunque tempore morbi ſeſe proferant.

De ſignis prognoſticis abſceſſus futuri.

Cap. XII.

Commvnia abſceſſus futuri ſigna è natura ægrotantis, febriſque ſpecie, motu, & magnitudine eruenda. Primùm quidem ſi natura robuſta è cauſis eius proximis remotiſque & effectibus vt pulſatione deprehẽſa ſit; deinde ſi febris pituitoſa aut melancholica crudior tardiórve, ex vrinis albis, & tenuibus, vel ex turbulẽtis perſpecta, atque ex leuioribus ſymptomatis. Fit enim vt materiam contumaciorem ſenſim coquẽdo vincat natura robuſtior: eámque prę lentore & craſſitie nihilominùs repugnantem in aliam tamẽ corporis partem trãsferat, tranſponatque: vt enim febris materia calidior excretione, ſic frigida abſceſſu ſæpiùs ſoluitur; quem ſolutionis modum ex motu

motu febris præſagire licet. Vt enim acutarum criſis, ſic longarum abſceſſus proprius eſt: cauſarum quoque febris & naturarum ægrotantium diſcrimen præſagium confirmat; Nam ſi humores diutiùs crudi perſiſtant, ſitque morbus magnus & natura valida abſceſſus meritò expectetur, ſed eadem inualida vel coctio, vel mors. Aëris quoque in mutando præſagio ſua vis eſt: vt enim hyemalis abſceſſibus excitandis aptior eſt, ſic æſtiuus criſibus commouendis opportunior. Alia ſigna ſunt partis propria in quam tranſlatio futura eſt: idque ex febris, & materiæ transferendæ ſitu. Aliàs enim vniuerſa cutis eſt cũ materia per venas æqualiter diſiecta fuſáque eſt, vt accidit in puerorum exanthematis, ecthymatis, & maculis febriũ peſtilentium rubeis, flauis, nigris. Aliàs particularis eſt, eáque duplex, tum ad articulos mẽbrorum, tum ad glandulas tam ſuperiores, quàm inferiores (vtroſque) quæ ſunt in emunctoriis partium & principum viſcerum conditæ, vt cerebri iuxta aures; cordis & thoracis in axillis, hepatis & ventris inferioris partium omnium in inguinibus. Eſt quidem externarum glandularum ſubſtantia denſior, ſicciórque, quàm internarum, & ad ſtabilimentum vaſorum longiùs excurrentium, ne longiori via rumpantur, & ad eorum diuiſionem effictæ. Interiorum contra ſubſtantia mollior, rariórque, vt madore quodam ſaliuari vicinas partes continenter irrigent, vt quæ ſunt ad laryngem, & fauces appoſitæ, ideóque interiores omnes quàm externę fluxionibus crebrioribus patent, tametſi earum, neque externæ ſint omnino expertes. Ex particulari autem trãſlatione

critica febrilis materiæ abſceſſus emergunt, vel apoſtemata. Loci ergo particularis præuiſio eſt ex ſitu febrilis materiæ & ex partis recepturæ natura debiliori, ſitúque viciniori. Deprehenditur ſitus illius ex oppreſſione & ex ſymptomatis grauioribus partis laborantis. Locus ex vicinia, & debilitate eius natiua vel aduentitia. Atque inferior quidem ſiue articulus ſiue glandula ex humoris conditione craſſioris, paulóque frigidioris & grauioris, vt in febribus quotidianis, melancholicis, & in compoſitis vt hæmitritæo; in quibus ad articulos inferiores procliuiùs deuoluitur. Contra qui tenuior eſt pauléque calidior in glandulas promptiùs ſubrepit. Hinc abſceſſus critici per febres peſtilentes in glandulas ſæpiùs emergere ſolent; vt iuxta aures, axillas, inguina. Aliàs tranſlationis locus eſt internus in morbis conſequentibus frequēs: dum vnius materia à loco affecto in alium transfunditur. Sic pleuritis & angina in peripneumoniam tranſmiſſione cōmutatur. Sic apoplexia leuis in paralyſin. Sic excrementa cerebri, præcipiti & ſuffocante catarrho in pulmonē prolabitur. Huius tranſlationis internæ vaticinium ſūdi poteſt tum à ſitu morbi à materia tenui ſeroſa, & profluente: non craſſa lentáve nimis, vt pituitoſa, & melancholica ad fluxum inepta. Factam autem tranſlationem demonſtrant tum prioris morbi obliteratio, omniúmque eius ſymptomatum ceſſatio: tum poſterioris ſymptomata ſubitò erumpētia, vexantiáque, vt dolor, grauitas & tenſio in regione partis recipientis. Sic pleuritide in peripneumoniam verſa lateris dolor ſubinde exoleſcit, cui ſuccedit externi pectoris grauitas,

grauitas, diſpnæa, tuſſis, febriſque continua: vtriſque communis eſt pleuritidi, & peripneumoniæ. Eadem eſt ratio faucium dolore vacantium poſt anginæ materiam in pulmonem criſi deturbatam.

De ſignis bonæ & malæ criſeos.

Cap. XIII.

CRISEOS bonæ malæque præſagium ex roboris naturæ morbique differētiis extundendum, fingendúmque eſt. Natura enim robuſta quæ tùm ex cauſis eius proximis remotiſque calorem natiuum augentibus, atque ex effectis vt coctione, præſertim in die indice, detecta ſit, victoriam ægro bonámque criſin promittit: eandémque morbus ſalubris confirmat ex ſpecie ſua, magnitudine, & more benigno perſpectus. Contrariis ex cauſis morbus velox, magnus & malignus, ex ſpecie ſua, magnitudine & more deprehēſus, naturáque infirmior, ex cauſis omnibus calorem natiuum debilitantibus, & ex effectis, & potiſſimum ex cruditate materiæ, aut pauca admodum coctione in die indice perſeuerante: vt ex nebula, vel enæoremate nigro criſin funeſtam, & calamitoſam minitatur. Hinc quidem naturam cōiicimus criſin aggreſſuram, ſed primo ſtatim congreſſu vincendam. Quòd ſi cum febris celeritate eadem magnitudine & malignitate infirmiſſima natura certet, tum mors ſine criſi repentina im-

pendet. Si tamen febris paulò tardior, mitiórque ſit mors ſenſim per marcorem obrepet; vel ſi tantò validior natura ſit, multáque adſit hypoſtaſis alba & optima ſolutio tandem per coctionem ſenſímque continget, vt in febribus pituitoſis & melancholicis continuis. Sic igitur an ocyùs ſeriúſve diem ſuum febricitans obiturus ſit motus febris portendit, vt quæ velociſſimè mouetur primam periodum non tranſeat: niſi fortaſsè viribus naturæ paulò acrioribus obitus tempus differri aliquantum contingat.

De ſignis perfectæ & imperfectæ criſeos.

Cap. XIIII.

CRiſis ſalutaris vel bona tantùm eſt & imperfecta, quæ febrilis materiæ partem tãtùm excludit, reliquiis interim aut febrem remiſſiorem fouẽtibus, aut eandem paucis poſt diebus denuò exſuſcitantibus. Perfecta quæ & optima eſt & criſis tantùm dicitur, febrilem materiam affatim totam excernit, ipſámque febrem cũ omnibus ſuis ſymptomatis penitus exſcindit, & priſtinam actionum omnium integritatem ſine vllo recidiuę periculo, modò error nullus adſit conualeſcenti paulatim reſtituit. Vtraque igitur præcognoſci poteſt futura & cognoſci præſens. Prognoſtica ſigna ex naturæ morbique viribus haurienda ſunt. Nam ſi

ſi naturam præſtantem validámque cauſę eius omnes externæ internæque, & effecta, vt matura febrilis materiæ coctio præ ſe ferant, perfecta criſis expectãda eſt. Maximè verò ſi febris acutæ ſpecies ſit, cauſęque internæ id eſt bilioſi, & tenues humores, qui motum naturæ facilè ſequantur, iiſque externæ cauſæ, vt regio & tempus anni calida conſentiant: illa enim in ſtatu tãtùm, victo priùs morbo, accidit. Quòd ſi febris acutæ & bilioſæ acumẽ & magnitudo nimis inualeſcat, naturámque validam acriùs proritet, aliúdve ab aliquo medici, ægri, vel miniſtri errore irritamentum vehementiùs eandem ſtimulet, tum criſis quidem bona, ſed ante ſtatum tantò ſcilicet imperfectior quãtò ſtatum ipſum longiùs præuerterit. Atque vtramque ſpeciem criſeos, tum bonæ tantùm, tum optimæ etiam antecedunt ſigna critica antè enumerata. Præſentis criſeos optimæ ſua etiam ſigna demonſtratiua ſunt ex natura ægri, morbóque petenda. Robuſta enim natura materiam febris priùs mitificatam in ſtatu febris excludit totam expeditę; proximo poſt indicationẽ quaternarij præcedentis circuitu ſeptenario, & in ſtatu tãtùm per viam conuenientem & directam, idque cum facili tolerantia ægri morbiq́; & eius ſymptomatum leuatione. Febris autem ſpecies ſitúsque optimam criſin detegit. Illa enim humorem expellẽdum, hæc locum expulſionis congruum inſinuat, vt ſi bilis in vitio fuerit, aut pituita, aut melancholia, omnino huiuſmodi humor exigendus, aut transfferẽdus eſt. Eadem eſt variorũ & mixtorum (ſi febrem fortaſsè vel confuſam, vel implicitam componãt) ex-

pellendorum vel transferendorum ratio per locum commodiorem. Itaque febris ardens perfectè iudicari ſolet aut hæmorrhagia per nares, aut ſudore, aut vomitione aut deiectione biliosa. Tertiana iiſdem vacuationum ſpeciebus, excepta hæmorrhagia. Lethargus aliique frigidiores capitis affectus, parotidibus. Phrenitis hæmorrhagia per nares & ſudore. Pleuritis & peripneumonia ſputis; ſed pleuritis etiam hæmorrhagia, qua tamen peripneumonia nunquam. Sic iudicantur inflammationes capitis & thoracis. At infra diaphragma partium inflammationes iudicantur, vt conuexæ partis hepatis hemorrhagia in nare dextra ſudoribus & vrinis; renum & veſicæ, vrinis potiùs expungantur.

Quòd ſi cum robuſtis naturæ viribus eadem febris acutæ ſpecies concurrat, ſed vehementior, velociórque; aut error aliquis humores irritans intercidat, criſis imperfecta ante ſtatum mouebitur & ſeptenarium diem, die ſcilicet incidente. Imperfectam & inſtabilem criſin febríſque reditum demonſtrant relicta poſt illam ad meliorem ſtatum conuerſionem ſymptomata, vt ſitis, faſtidium, dolor, debilitas virium, motúſque ad ſurgendum impotentia. Perfectam criſin malam præmonſtrant febris acutæ ſpecies, magnitudo, & mos malignus cum naturæ infirmitate, quæ tamen adhuc pugnare poſſit; maximè ſi cruditas & nebula vel ſuſpenſio nigra in vrinis die quaternario indicata ſit, 7. die cótinget criſis mala & mors, vel potiùs 6. At ſi cum eiuſmodi febre acuta magna & maligna natura paulò firmior decertet; criſis intempeſtiua futura

tura eſt,& imperfecta, quæ non interficiat omninò ægrum.

Epilogus totius operis.

Cap. XV.

HActenus prognoſticam febrium acutarum artem breuiſſima & clariſſima compendij ratione complexi ſumus, ne vberioris doctrinæ grauior moles diſcentium ingenia obruat. Eſt autem huius artis finis optimus præcognitio exitus febrium acutarum,eiuſque temporis & modi,qui vnus quidem non eſt, ſed varius admodum & multiplex,ſalutaris & funeſtus,& vterque lentus(ille per coctionem, hic per marcorem) vel ſubitus,iſque perfectus vel imperfectus:vterq; vel ſine criſi tum ad ſalutem per longiſſimũ puerorum ſomnum, tum ad præcipitem mortem : vel cum criſi eáque duplici, per excretionem, & per tranſlationem. Illius ſpecies ſunt hæmorrhagia per nares , vterum , hæmorrhoidas : vomitio , deiectio,miſtio,ſudor,ſputatio huius abſceſſus in articulis, emunctoriis ſuperioribus, & inferioribus, quales ſunt parotides,bubones axillarum & inguinum, aliique articulorũ abſceſſus. Harum omnium exitus differentiarum in morbis acutis prognoſtica ars tota eſt demõſtratiua,ſcientifica,& ex cauſis atque effectis conſtituta, ex quibus præſentibus futurus euentus,tempúſque & modus præſa-

giuntur. Principes cauſæ duæ ſunt natura & morbus ſiue febris acuta: quarum pugnam alterutrius robuſtioris victoria mórſque vel ſalus ægri ſubſequitur. Vtriuſque vires communiter explorantur è duobus ſignorum generibus, cauſarum ſcilicet, & effectorum natura quidem tum ex cauſis proximis temperie, ætate, ſexu: remotiſque vt regione, tempore anni, totóque victu prægreſſo, è quibus omnibus caloris natiui (quæ facultatũ omnium eſt eſſentia) modus præſcribitur: tum ab effectibus naturæ vt functionibus omnibus naturalibus, vitalibus, animalibus, excrementis naturalibus, ſputis, fæcibus, vrinis & ſudoribus; deniq; ex ſenſibilibus corporum accidentibus & colore præſertim, cuius diſcrimen ſanguinis & aëris differentiis reſpõdere ſolet. Sic morbi vires id eſt febris acutæ ex iiſdẽ ſignorum fontibus colliguntur, vt ex cauſis externis ſcilicet humoribus putreſcentibus, externiſque vt regione, anni tempore, & victu, atque ex effectibus febris id eſt ſymptomatis, vt functionibus læſis, excremẽtis vitiatis, & accidentibus corporum febricitantium à naturali ſtatu mutatis.

Febris autem acutæ euentus differentias præmonſtrant eiuſdẽ ſpecies, magnitudo, mos, & motus. Species quidẽ ex pathognomonicis ſignis detegitur, idque prima die & acceſſione, ſi ſimplices ſint aut confuſæ: vel ſecunda aut tertia die ad ſummum ſi implicitæ, idque vel cum phlegmone interna, vel cum alia febre. Eſt quidem febris putrida quælibet aut continua acutáque; aut intermittens, vtraque vel bilioſa, vel pituitoſa, vel melancholica (eſt tamen quædam continua ſanguinea) vtraque

etiam

etiam eſt vel ſimplex ex vnius humoris putredine, vel cõpoſita, aliàs cum phlegmone aliqua interna vt pleuritide, peripnenmonia, hepatide, aliàs cum febre alia confuſa ex diuerſis humoribus eadẽ ſede putreſcẽtibus (hæc ſpuria vel illegitima vocatur) vel implicita ex diuerſis humoribus diuerſa ſede & loco putreſcentibus, cuiuſmodi ſunt crebræ eiuſdẽ ſpeciei, vt duæ tertianæ, duæ aut tres quartanæ, rariſſimæ ſunt diuerſæ ſpeciei intermittentes implicitæ vt vnius quotidianæ alterius tertianæ. Et diuerſorum generum implicatio frequens eſt vt continua vnius, vtputa pituitoſæ, & alterius intermittentis vt tertianæ, qualis eſt implicita hæmitritæus dicta. Porrò acutarum quadripertitæ ſunt familiæ pro materiæ earum varietate: ex illis quædam ſimpliciter acutæ 14. die finiuntur; aliæ peracutæ 7. aliæ perperacutæ vel exactè acutæ 4. die: aliæ nõ ſimpliciter acutę 20. aliæ deniq; ex decidentia acutæ 40 die. Ergo ſpecies febris acutæ ex pathognomonicis eius ſignis internoſcitur, calore ſcilicet, pulſu, vrina, inuaſione & ſolutione. Ex eorundem ſignorum pathogñomonicorum magnitudine febris ipſius vehementia vel paruitas conijcitur: mos ex benignitate vel malignitate epigenomenũ ſymptomatum tam in functionibus & excrementis quàm in accidentibus vniuerſalibus & particularibus quę vocãtur ſigna ſalutis & mortis Hippocr. deſcripta toto primo progn. Motus denique ex acceſſionum particularium tarditate, celeritate, anticipatione, retardatione, grauitate, leuitate, æqualitate, inæqualitate. Quare vt ex vtriuſque naturæ febriſque acutæ virium ſedula comparatione alte-

xutrius

primus febris inſultus, neque tres primi eiuſdem dies,ſed id totum febris ſpatium quo crudior apparet materia febrilis, primiſque coctionis ſignis idipſum definitur,ſic augmentum eiuſdem coctionis manifeſtæ,ſtatus perfectæ. Tum ex acceſſionũ inter ſe cõparatione, vt ex breuitate earum & leuitate,principium:vt ex anticipatione,prorogatione,& exacerbatione earundem,augmentum;vt ex longitudine maxima & vehementiſſima, atque ex æqualitate per vnum, vel per duos dies, rariùs per tres perſeuerante,ſtatus:vt denique ex ſymptomatum omnium ceſſatione vel leuatione,declinatio. Temporum particularium præſentium cognitio quoque eſt ex caloris & pulſus differentiis. Principij quidem ex pulſu languido, id eſt paruo, tardóque & duro, atque ex totius corporis frigore, horrore, rigore, vel extremarum tantùm partium perfrigeratione: augmenti ex calore & pulſu ſenſim inualeſcente: ſtatus ex vtroque vigente & vehementi:declinatione ex reditu ad naturalem ſtatum in intermittentibus, & in continuis ad quietiſſimum tempus. Præcognoſcitur tempus vniuerſale ſtatus,totáque febris conſtitutio, primum quidem ex cauſis (ob quarum ambiguitatem Galenus vocat coniecturam artificioſam ex illis inſtitutam præcognitionem) & obſeruatione ſpeciei febris acutæ ſiue ſimplicis ſiue compoſitæ,cauſiſque eius internis id eſt humoribus putreſcentibus:& externis vt regione, tempore anni & victus,quæ febris ſpeciei vel conſentiant, vel diſſentiant. Illa enim febris tantò breuior futura eſt, quãtò internæ cauſæ magisललिओſæ externæque calidæ fuerint. Contrà

trà tantò longior, quantò bilis ex pituitoſo, aut melancholico humore magis mixta fuerit:vel cauſæ externæ frigidiores repugnent. Deinde ex effectis præſentibus ipſius febris(quam Galenus vocat rationem magis exquiſitam certámque & cõſtantem doctrinam)ſcilicet ex motu ſignîſque coctionis & cruditatis, quarum varietate tempora vniuerſalia modo diſterminabantur. Cùm enim tempora ipſa vniuerſalia inter ſe ſint æqualia (niſi fortaſſe in peracutis & perperacutis quarum primo die perfecta coctio apparet)deprehẽſio vnius principij ſpatio,reliquorum vt augmenti ſtatúſque duratio facilè præuidetur.Dies quoque exitus quaternario cuiuſque hebdomados die ex ſignis coctionis eo ipſo apparẽtibus proximus ſeptenarius præſagitur: ſicuti ex cruditatis ſignis,& more maligno ſextus.Hora denique in vehementiſſimo acceſſionis particularis tempore id eſt ſtatu. Aliàs tamen in principio acceſſionis, vt per phlegmonas lethales & febres copioſo humore conſtantes,vt quartanas , aliàs etiam in declinatione particulari lethalium.

Prognoſticæ artis permagna eſt , vt ab initio monuimus,tùm ad authoritatem artis ipſius & dignitatem artificis medici, tùm ad ægri ſecuritatem vtilitas.Rerum enim tam abditarum,obſcurarum, & ab omni ſenſu ſemotarum tanquam diuiniſſima ſcientia religioſè ſuſpici,coli, & prædicari à vulgo ſolet: ab eóque impendentium ægris caſuũ omnium,atque adeo temporis, diei,& horæ prædictio præſenſióque diuinum quendam vatem potiùs quam humanæ diſciplinæ profeſſorem decere putatur.

putatur. Itaque diuinitatis cuiuſdam opinione incenſa ægrorum fides omnia à tam perito coniectore medico valetudinis ſuæ præſidia auidiſſimè expectat, eiuſque conſilia negligi impium, nefáſque ducit. Medicus quoque ipſe præuiſo totius febris ſpatio eiuſdémque diſtinctis temporibus vniuerſalibus & particularibus non ſolùm diætam ſuſtinendis ægri viribus idoneam, ſed eius quoque exhibendæ tutiſſimum modum adhibet. Chyrurgiæ quoque & pharmaciæ vacuantis alterantíſque occaſionem indè captat, tum quę febrilem materiam mitificet, & inaniat; tum quæ ſymptômatum ferociam compeſcat. Totam denique therapiam tam prudenter regit & moderatur, vt ægro Medicus iſta arte ſalutem, ſibi autem eximium decus noménque præclarum duce & auſpice Deo conciliet, cuius nutu cùm cæterarum rerum, tum ęgritudinum humanarum caſus conuertuntur.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ IN HOC OPERE continentur.

A

Abſceſſus differentia. fol.75
Abſceſſus, ſigna communia & propria. ibidem.
Abſceſſus legitimi conditiones. 75
Abſceſſus futuri ſigna communia. 148
Abſceſſus longarum febrium proprius eſt. 149
Actionum læſionis differentiæ tres. 70
Acutus morbus quid. 55
Acutorum morborum differentiæ. ibid.
Acuti reuera morbi intra 14. diem iudicantur. ibid.
Acuti non ſimpliciter qui dicantur. ibid.
Acuti ex decidentia qui. ibid.
Aëris media regio cur æſtate rigeat, æſtate verò flagret. 6
Aëris in mutando præſagio vis & potentia. 149
Anathymiaſis ex quibus fiat. 18
Anima humana qua ratione dicitur æterna. 31
Animæ omnium animalium non ſunt eadem. 30
Animales functiones duplices. 61
Appetentia duplex. ibid.

Aſtrologia quare è ciuitatibus explodenda. 39
Aſtrologia diuinatricis vanitas & fallacia demonſtratur. 9.10.11
Aſtrologia impietas. 16
Aſtra nullo calore prædita ſunt. 4
Aſtra ad fortuitos hominum caſus dignoſcendos nihil conferunt. 13
Aſtrorum motu nullus calor, ſed ex eorum lumine totus exurgit. 7
Aſtrorum virtutes circa corpora elementaria. 3
Augmentum morbi vnde dignoſcatur. 120.159

B

Balneum ſudoris cauſa eſt adiuuans. 64
Blioſa febris breuem & ſubitum exitum procurat. 141
Bilioſus humor æſtate maximè colligitur. 129

C

CAligo vnde fiat. 21
Cheiromantia damnatur. 39
Cheiromantiæ ſubiectum, finis, & eius ſigna. 36
Cœli ſubſtantia denſiſſima & ſolidiſſima. 2
Cœli virtus & potentia in hæc inferiora. 3
Cœlum corruptionis expers. 6
Cœlum calefaciendi vim à quo accipiat. 5
Cœlorum motu nullus calor elementari ſphæra communicatur. 4
Cœleſtis calor ab igneo ſpecie non differt. 6
Cometæ vnde fiant. 19
Conformationis & temperiei diſcrimen triplex. 58

Criſis

Criſis quid ſit. 10
Criſeos quatuor differentiæ. ibid
Criſis ſimpliciter dicta de bona auditur. id.
Criſis & fori comparatio. ibid.
Criſis optimæ tres conditiones. 106
Criſis perfecta & imperfecta quæ. 106.& 152
Criſis bona & mala. 151
Criſis fida. 116
Criſis indicata. 117
Criſis ſpecies duplex. 108.& 142
Criſeos optimæ cauſa quæ. 106
Criſis quo morbi tempore accidat. 129
Criſeons locus conuenientior. 108
ad Criſeos diem deſignandum tria obſeruanda. 134
Criſeos per tranſlationem cauſa. 109
Criſeos per tranſlationem tempus duplex. ibid.
Criſes malæ ad ſydera vlla malefica nō ſunt referēda. 114

D

Declinatio morbi vnde dignoſcatur. 120.& 159
Deiectionum differentiæ. 77
Deiectionum ſubſtantia duplex. ibid.
Deiectionum copia cibis aſſumptis per ſanitatem reſpondere debet. 78
Deiectio naturalis qualis eſſe debeat. 62
Deiectio naturalis quarum partium optimum ſtatum detegat. 62
Deiectiones præter naturam quæ. 77
Deiectionis critica ſigna. 146
Deplorati non ſunt attingendi. 50
Dierum criticorum differentiæ. 84

Dierum criticorum vis dignitáſque. 116
Dierum criticorum vires vnde. 114
ad Dierum criticorũ dignotionem tria requirũtur. 112
Dies critici quare ſic dicti. 111
Dies critici vnde referendi, 114
Dies critici cur à Luna motu non excitentur. ibid.
Dies critici ſeptenario circuitu definiuntur. ibid.
Dies critici poſt 20. diem multò imbecillius indicãt. 115
Dies non critici qui dicantur. 116
Dies integri non ſunt numerandi. 115
Dies à principio morbi ſunt numerandi. 117
Dogmatici qui dicantur. 40
Dogmatici Prognoſin maximè coluerunt. 45

E

Effectà naturæ tripertita. 69
Empirici qui dicantur. 44
Eneorema quid ſiue ſuſpenſum. 86
Eneorema liuidum vel nigrum peſſimum. 87
Epigenomena ſigna quæ. 101
Epigenomenum ſignorum tria genera. 102
Excreatio quid. 94
Excrementa cuiuſcunque coctionis ſunt tria. 61
Excretionis ſigna. 143
Excretionum criticarum differentiæ multiplices. ibid.
Excretio ſonora in febribus quid indicet. 80
Excretio acutarum febrium propria eſt. 149
Exhalationum plures differentiæ. 18
Exitus morborum duplex. 55
Exitus morborum differentiæ. 56. & 136
Exitus febrium acutarum non ſenſu aliquo, ſed mente

ſola

ſola & ratione præſagitur. 57
Exitus febrium an ſubitus vel lentus futurus ſit ex quibus depromendum. 140. & 141.

F.

FEbris compoſita duplex. 127
Febris ardens quomodo perfectè iudicetur. 154
Febris vires vnde obſeruantur. 138
Febres confuſæ quomodo dignoſcantur. 127
Febres implicitæ qua ratione detegi poſſint. ibid.
Febrium implicitarum genera duo. 127
Febrium compoſitarum cum phlegmone interna duplicia. 128
Febricitantium diæta qualis eſſe debeat. 122
Febricitantium pharmacia qualis præſcribenda. 123
Firmamenti & ſtellarum eandem prorſus eſſe ſubſtantiam multis rationibus demonſtratur. 2
Fulmina vnde fiant. 21
Functionum ſpecies tres. 61
Functiones animales tripertitæ. ibid.

G

GAleni opinio de cauſis criticorum dierum probabiles potiùs quàm vera. 116
Gracilitas ventris quid portendat. 75
Grandines vnde fiant. 21
Guttæ vnde oriantur. ibid.

H

HÆmorragiæ acceptio communis & propria. 98
Hæmorragiæ omnis origo. ibid.

Hæmorragia duplex. ibid.
Hæmorragia ſigna communia. 144
Hæmorragiæ ſigna particularia. 145
Hæmorragiæ criticæ notæ. 98
Hæmorragiæ ſymptomaticæ indicia. 99
Hæmorragia quando naturalis habenda. 60
Hectica tertij gradus à Galeno curata. 51
Humidum aqueum rerum omnium naturalium eſt materia. 5
Hypoſtaſis quid. 84
Hypoſtaſis unde fiat. 63
Hypoſtaſeos locus multiplex. ibid.
Hypoſtaſis quæ laudabilis. 84
Hypoſtaſeos ſubſtantiæ differentia. 84
Hypoſtaſis craſſities vel tenuitas quibus competat. 63
Hypoſtaſis unde alba appareat. 63
Hypoſtaſes in febricitantibus materia quæ. 84
Hypoſtaſis craſſities quid indicet. 85
Hypoſtaſis farinacea, furfuracea, & ſquammoſa quid denotet. ibid.
Hypoſtaſis rubra quid arguat. 87
Hypoſtaſis aſpera. 86
Hypoſtaſis inæqualis. ibid.
Hypoſtaſis alba, leuis & æqualis criſeos perfectæ eſt index. 86
Hypoſtaſeos figura qualis eſſe debeat. 87
Hypoſtaſis quæ ſit funeſta & lethalis. ibid.

I

Icterus quando naturalis ſit, & quando lethalis. 73
Igni nullus eſt à natura deſignatus locus, 5

Ignis

Ignis rerum omnium naturalium cauſa eſt efficiens. 5
Impares dies purgationibus inepti. 134
Inanitio plethorico corpori vtilis, exhauſto verò noxia. 60.
Indicantes dies qui dicantur. 115
Indices dies cur ſic dicti. 117
Intercidentes dies qui. 116
Intercidentium dierum cauſa. ibid.
Intercidentes quomodo à indicantibus differant. ibid.
Intercidentes poſt 20. diem omninò langueſcunt. ibid.

L

Ethargus quomodo perfectè terminetur. 154
Linearum differentiæ. 37
Lineæ manus vnde inter ſe differant. ibid.
Locus abſceſſum excipiens qualis eſſe debeat. 75
Luna cur minùs calet, lucétque, quàm ſol. 7
Luna vim omnem accipit à Sole. 113
Lunæ mutationes quatuor. ibid.
Lunæ effectus mirabiles. ibid.
Lunæ motus inæqualis. 114
Luna quot diebus curſum ſuum conficiat. 115
Lux quid. 7

M

Anus multa ſigna phyſiognomonica præ ſe fert. 28
Manuũ ſciſſuræ longioris vel breuioris vitæ ſunt indices. 37
Medicinæ in tres partes diuiſio. 40

Melancholici cur ſudoribus inepti. 64
Methodici qui dicantur. 41
Meteora vnde fiant. 17
Meteororum materia quotuplex. ibid.
Meteororum ſiccorum variæ ſpecies. 18
Meteororum humidorum multiplices differentiæ. 20
Meteora ad diuinandum vtilia. 22
Meteora quæ Aſyma dicantur. 23
Meteora ſymmanthica & ſignificatiua quæ. ibid.
Meteora quæ damna aliquando inuehant. 24
Morbus quotuplex. 68
Morbus nullus ſua ſpecie lethalis. 68
Morborum differentiæ multiplices. 68.& 69
Morbus debilitatis naturæ proxima cauſa. 68
Morborum acutorum quatuor tempora. 118
Morbi vires vnde deſumantur. 57.& 144
Morbi ſpeciem indicantia. 138
Morbi magnitudinem indicantia. ibid.
Morbi mores quæ indicent ſigna. 139
Morborum acutorum certiorem eſſe prognoſin quam longorum ſecundum quoſdam. 49. *Eorūdem refutatio.* 50
Mores hominum ab Aſtris non dependent. 12
Mulieribus cur ſudores rari. 64

N

Naturæ vires vnde deſumendæ. 57.129.& 144
Naturæ quales ſunt effectus. 57
Naturam quæ ſuſtinent, quæ eandem proſternunt. 59
Naturales functiones quot. 61
Naturalium functionum miniſtræ quatuor. ibid.
Nebularum origo. 211

Niues vnde fiant. ibid.
Nubes vnde oriantur. 20
Numerus auctus vel imminutus in morbis quid deſignet. 75

O

Oculi latentes animi motus & inclinationes maximè foras exponunt. 28
Oculi parui quid portendunt. 27
Odor nimis fœtidus in deiectionibus per febres quid arguat. 79
Odor valde fœtidus in vrinis quid indicet. 83

P

Pathologia de quibus agit. 41
Peracutorum morborum terminus. 55
Perperacuti morbi qui dicantur. ibid.
Perperacuti morbi non ſemper omnia tempora poſſident. 119
Phrenitis quomodo perfectè terminari ſoleat. 154
Phyſiognomiæ effectus. 27
Phyſiognomiæ finis quis. 29
Phyſiognomi ex quibus ſignis hominum mores coniectare ſoleant. 27
Phyſiognomia cur in brutorum quàm hominum genere certior ſit. 32
Phyſiognomia quare è ciuitatibus ſit releganda. 39
Phyſiologia de quibus agit. 41
Plethora vtraque corpori inimica. 60
Pleuritis & peripneumonia quomodo perfectè iudicentur. 154

Pleuritidis ſigna pathognomonica. 101
Pluuia unde. 20
Præcordiorum durities cur in malis habetur. 74
Prædicendi ratio duplex. 45.& 130
Prædictio differenda eſt initio acutorum morborum. 49
Prædictio in acutis lethalibus ſola ſufficit. 51
Principium morbi unde dignoſcatur. 120.158.& 159
Principiū morbi quomodo in criſi eſt numerandum. 126
Principij in morbis futurum ſpatium quomodo digno-ſcendum. 126
Prognoſis medica triplex. 54.& 118
Prognoſeos medica finis quis. 52.& 155
Prognoſis dubia medicum doctum & fidelem dedecet.
Prognoſis medica utilis ægro, medico verò decora eſt. 52.53.& 160.
Prognoſis aliquot rationibus à quibuſdam reprobatur. 45. *Earundem ſolutio.* 46
Pruina unde fiat. 20

Q

Qualitates corporis externa quot. 61
Qualitates ſenſiles quando ſint ſecundum naturam, quando contra eandem. 73
Quaternarij qui dicantur. 115
Quaternarij ſunt indicantes, & cur ita dicti. ibid.
Quaternariorum vires poſt 20. diem exoleſcunt. ibid.
Quartus dies primæ hebdomados eſt index. 117
Quarti diei dignitas in indicando. ibid.

R

Radius quid. 7
Remedia ſecundum morborum tempora præſcribi debent.

debent. 52
Rerum omnium naturalis ortus principia quot. 5
Reſpiratio quibus conſtet. 71
Reſpirationis cauſæ continentes tres. ibid.
Roboris naturæ argumenta ab eiuſdem cauſis tum proximus quàm remotis. 59
Roboris naturæ argumenta ab effectis eiuſdē ducta. 60

S

SAnitas quid. 58
Sanitas triplex. 59
Sanitatis & roboris quot ſint differentiæ. 58
Senſuum externorum læſionis differentiæ tres. 70
Septenarij cur critici dicti. 113
Septenarij critici qui. 115
Septimuſdecimus tertiæ hebdomadis eſt index. 117
Signa cruditatis & coctionis. 102
Signa ſalutis & mortis. ibid.
Signa critica. 104
Simiotica quid. 41
Sol quot diebus curſum ſuum conficiat. 115
Solis vires & effectus. 112
Somnus vnde. 59
Sputatio quid & vnde. 95
Sputi ſpecies duæ. 94
Sputorum materia quæ. 95
Sputorum cauſa efficiens. ibid.
Sputorum cauſa inſtrumentaria. ibid.
Sputi optimi conditiones. 95. & 96
Sputum quomodo ſymptoma haberi poſſit. 66
Stellas omnes peculari aliqua facultate pollere multis rationibus

rationibus demonſtratur. 7.& 8
Sudoris & vrinæ materia eadem. ibid.
Sudoris cauſa efficiens. 64.& 88
Sudoris cauſa ſine qua non. 64
Sudoris naturalis indicia vnde captanda. ibid.
Sudoris differentiæ quot. 88
Sudoris ſubſtantia. ibid.
Sudoris quantitas. 89
Sudoris qualitas. ibid.
Sudoris locus. 80
Sudoris tempus. 91
Sudoris modus. ibid.
Sudoris febricitantium materia quotuplex. 88
Sudoris critici ſigna. 147
Sydera nulla malefica. 114
Symptomatum differentiæ. 57

T

Temperies quid. 58
Terræmotus vnde. 19
θεραπευτικὴ quid. 40
Therapeutices diuiſio. 41
Thoracis excrementa duplicia. 94
Thoracis motus duplex. 95
Tonitrua vnde fiant. 21

V

Vapor vnde fiat. 18
Ventorum origo. 19
Ventorum diſcrimen, ratione ortus, virium, & temporis.

poris. 19
Ventorum vires medico ſunt exploranda. 24
Veteres ſola experientia contenti fuerunt in cauſis dierum criticorum. 116
Υγιεινὴ quid. 40
Υγιεινῆς diuiſio. 41
Victus genus triplex. 124
Victus ratio ſecundum morborum tempora præſcribi debent. 52
Vigor morbi ex quibus praeuideri poſſit. 159
Vitales functiones quot. 61
Vitalis actio quid. 72
Vndecimus ſecundæ hebdomadis eſt index. 117
Vomitio quando naturalis, & quado ſymptmatica. 66
Vomitionis ſubſtantia. 92
Vomitionis accidentia. 93
Vomitio ſanguinea in ſanis ægrisve omnino præter naturam eſt. 92
Vomitionis criticæ ſigna. 146
Vrina naturalis quæ. 63
Vrina quarum partium ſtatum demonſtret. 62
Vrinæ craſſæ, multæ & albæ quid portendant. 81.
Vrinæ turbidæ quid deſignent. ibid.
Vrinæ tenues & aquoſæ quid demonſtrent. ibid.
Vrinæ copia vel parcitas in febribus vnde accidat. 82
Vrina flaua & tenuis quid denotet. 83
Vrina rubra quid arguat. ibid.
Vrina ſubrubra & craſſa quid indicet. ibid.
Vrina liuida & nigra quid. ibid.
Vrina ſpumoſa quid. 84
Vrinæ adipoſa ſuperficies quid arguat. ibid.

FINIS.

Digitized by Google